24. E Samuel disse a tutto il popolo: certo voi vedete colui il quale Iddio hae eletto, chè non è simile a lui in tutto il popolo. E tutto il popolo gridava: viva il re (così dicendo tra loro).

25. E Samuel disse al popolo la legge del regno, e scrissela nel libro, e ripuosela nel cospetto di Dio; e lasciò Samuel andare il popolo, ciascuno alla sua casa.

26. E anco Saul n' andò alla sua casa in Gabaa: e con esso lui andò parte del popolo, delli quali Iddio avea toccato il cuore.

27. E i figliuoli del diavolo dissero: come ci potrà salvare costui? E ispregiarolo, e non gli portarono doni; ma ello dimostrava di non intendergli.

23. Cucurrerunt itaque et tulerunt eum inde; stetitque in medio populi, et altior fuit universo populo ab humero et sursum.

24. Et ait Samuel ad omnem populum: Certe videtis, quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamavit omnis populus, et ait: Vivat rex!

25. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, et scripsit in libro, et reposuit coram Domino; et dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam.

26. Sed et Saul abiit in domum suam in Gabaa; et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda.

27. Filii vero Belial dixerunt: Num salvare nos poterit iste? Et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera; ille vero dissimulabat se audire.

Digitized by Google

CAPO XI.

1. E intervenne, dopo uno mese, Naas della gente di Ammon ascendeo, e combatteo contro a Jabes di Galaad. E tutti gli uomini di Jabes dissero a Naas; fa patti con esso noi, e saremo tuoi servi.

2. E rispuose Naas di Ammon: in questo farò patto con voi, cioè ch' io caverò a cadauno di voi l' occhio ritto, e porrovvi obbrobrio in tutto Israel.

3. E gli antichi di Jabes rispuosero a lui: concedici sette dì, che noi mandiamo per tutte le terre d' Israel messaggi; e se non sia chi ci difenda, usciremo a te.

4. E vennero messaggi in Galaad di Saul; e dissero queste parole, intendendole il popolo. E il popolo levò la sua voce, e pianse.

5. E Saul veniva (la mattina) del campo dietro

CAPUT XI.

1. Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, et pugnare cœpit adversum Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, et serviemus tibi.

2. Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in universo Israel.

3. Et dixerunt ad eum seniores Jabes: Concede nobis septem dies, ut mittamus nuntios ad universos terminos Israel: et si non fuerit, qui defendat nos, egrediemur ad te.

4. Venerunt ergo nuntii in Gabaa Saulis, et locuti sunt verba hæc, audiente populo; et levavit omnis populus vocem suam, et flevit.

5. Et ecce Saul veniebat, sequens boves de agro, et ait: Quid habet populus quod plorat? Et narraverunt ei verba virorum Jabes.

Digitized by Google

a' buoi, e disse: che hae il popolo che piagne? E narrorgli tutte le parole degli uomini di Jabes.

6. E udite queste parole, lo Spirito di Dio venne in Saul; e nel suo furore fu molto irato.

7. E tolse tutti due i buoi, e tagliolli in pezzi; e per messaggi gli mandò per tutte le terre d' Israel, dicendo: chiunque non uscirà fuori, e seguiterà Saul e Samuel, così sarà fatto ai suoi buoi. E il timore di Dio fue nel popolo, e uscirono quasi come uno uomo.

8. E fece di loro richiesta in Bezec; e furono i figliuoli d' Israel CCC milia di uomini, e gli uomini di Giuda trenta milia.

9. E dissero a' messi ch' erano venuti: dite così agli uomini di Jabes di Galaad: domani, quando il sole riscalderà, sarà la vostra salute. Onde vennero i messi agli uomini di Jabes, li quali si rallegrarono.

10. E dissero: domani usciremo a voi; e farete a noi tutto quello che vi piacerà.

6. Et insilivit Spiritus Domini in Saul, cum audisset verba hæc, et iratus est furor ejus nimis.

7. Et assumens utrumque bovem, concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel per manum nuntiorum, dicens: Quicumque non exierit, et secutus fuerit Saul et Samuel, sic fiet bobus ejus. Invasit ergo timor Domini populum, et egressi sunt quasi vir unus.

8. Et recensuit eos in Bezech, fueruntque filiorum Israel trecenta millia; virorum autem Juda triginta millia.

9. Et dixerunt nuntiis, qui venerant: Sic dicetis viris, qui sunt in Jabes Galaad: Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol. Venerunt ergo nuntii, et annuntiaverunt viris Jabes, qui lætati sunt.

10. Et dixerunt: Mane exibimus ad vos: et facietis nobis omne quod placuerit vobis.

Digitized by Google

11. E fatto l' altro dì, Saul ordinò il popolo in tre parti; ed entrò nel mezzo del campo nella vigilia del mattutino, e percosse Ammon insino che il sole riscaldò; gli altri si sparsero in tal modo, che non si ritrovarono due insieme.

12. E disse il popolo a Samuel: chi è quelli che disse: Saul non regnerà sopra noi? Dateci questi uomini, e uccideremgli.

13. E Saul disse: non sarà ucciso uomo oggi; però che oggi ha fatta Iddio salute in Israel.

14. E Samuel disse al popolo: venite e andiamo in Galgala, e rinnoveremo ivi il regno.

15. E tutto il popolo andò in Galgala, e fecero ivi Saul re in cospetto del Signore in Galgala, e offerirono vittime pacifiche dinanzi a Dio. E molto si rallegrarono Saul e tutti gli uomini d' Israel.

11. Et factum est, cum dies crastinus venisset, constituit Saul populum in tres partes; et ingressus est media castra in vigilia matutina, et percussit Ammon usque dum incalesceret dies; reliqui autem dispersi sunt ita, ut non relinquerentur in eis duo pariter.

12. Et ait populus ad Samuelem: Quis est iste, qui dixit: Saul num regnabit super nos? Date viros, et interficiemus eos.

13. Et ait Saul: Non occidetur quisqnam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel.

14. Dixit autem Samuel ad populum: Venite, et eamus in Galgala, et innovemus ibi regnum.

15. Et perrexit omnis populus in Galgala, et fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, et immolaverunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus est ibi Saul, et cuncti viri Israel nimis.

Digitized by Google

CAPO XII.

1. E Samuel disse a tutto Israel: ecco ch' io ho udita la vostra voce in tutte quelle cose che voi m' avete dette, e ho ordinato re a voi.

2. Ed ecco che il re va dinanzi a voi; e io sono invecchiato e fatto canuto, ma i miei figliuoli sono con esso voi; e conversato son nel vostro cospetto dalla mia adolescenza insino al dì d' oggi; ecco ch' io sono presente.

3. Dite di me, dinanzi a Dio e dinanzi al suo Cristo, se io tolsi ancora a persona bue, ovvero asino, se io ho calunniato veruno, ovvero oppremuto; se io ho tolto, di mano d' alcuno, dono; e contennerollo oggi, e renderollo a voi.

4. E dissero: non ci hai fatto calunnia, e non ci hai oppremuti, e non hai tolto alcuna cosa di mano di persona.

CAPUT XII.

1. Dixit autem Samuel ad universum Israel: Ecce, audivi vocem vestram juxta omnia, quæ locuti estis ad me, et constitui super vos regem.

2. Et nunc rex graditur ante vos, ego autem senui, et incanui; porro filii mei vobiscum sunt; itaque conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce præsto sum.

3. Loquimini de me coram Domino et coram christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi: et contemnam illud hodie, restituamque vobis.

4. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quidpiam.

Digitized by Google

5. E disse loro: il Signore è testimonio incontro a voi, e testimonio è il suo cristo oggi, che non avete trovato cosa alcuna nella mia mano. E rispuose il popolo: Dio è testimonio.

6. E Samuel disse al popolo: il Signore [che] fece Moisè e Aaron, e trasse gli padri nostri della terra d' Egitto.

7. Ora istate, e contenderò con esso voi in giudicio, nel cospetto di Dio, di tutte le misericordie di Dio, le quali fece con esso voi e cogli vostri padri;

8. come entrò Jacob in Egitto, e chiamarono i vostri padri a Dio; e mandò il Signore Moisè e Aaron, e trasse gli vostri padri d' Egitto, e puosegli in questo luogo.

9. Li quali dimenticarono il loro Signore Iddio; ed egli gli diede nelle mani di Sisara, maestro della cavalleria di Asor, e nelle mani de' Filistei, e nelle mani del re di Moab, e combatterono contro di loro.

5. Dixitque ad eos: Testis est Dominus adversum vos, et testis christus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quidpiam. Et dixerunt: Testis.

6. Et ait Samuel ad populum: Dominus, qui fecit Moysen et Aaron, et eduxit patres nostros de terra Aegypti.

7. Nunc ergo state, ut judicio contendam adversum vos coram Domino de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum, et cum patribus vestris:

8. quomodo Jacob ingressus est in Aegyptum, et clamaverunt patres vestri ad Dominum: et misit Dominus Moysen et Aaron, et eduxit patres vestros de Aegypto, et collocavit eos in loco hoc.

9. Qui obliti sunt Domini Dei sui, et tradidit eos in manu Sisarae, magistri militiæ Hasor, et in manu Philisthinorum, et in manu regis Moab, et pugnaverunt adversum eos.

Digitized by Google

10. Poi chiamarono al Signore, e dissono: noi abbiamo lasciato il Signore, e abbiamo servito a Baalim e Astarot: ora liberaci delle mani de' nostri nemici, e serviremo a te.

11. E il Signore mandò Jeroboal e Badan (e Barac) e Iefte e Samuel; e liberovvi delle mani dei vostri nemici dintorno; e siete abitati securamente.

12. E veggendo che Naas, re de' figliuoli di Ammon, fosse venuto contro di voi, dicestemi: NON SIA COSÌ, MA RE REGNERÀ SOPRA DI NOI, conciò sia cosa che Iddio regnasse in voi.

13. Ora il re, che voi eleggeste e domandaste, sì è presente; ecco che il Signore Iddio v' ha dato il re.

14. Se voi temerete Iddio, e servirete lui, e intenderete la sua voce, e non isprezzerete la sua bocca; sarete voi, e il re che sarà in voi, seguitanti il vostro Signore Iddio.

10. Postea autem clamaverunt ad Dominum, et dixerunt: Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, et servivimus Baalim et Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, et serviemus tibi.

11. Et misit Dominus Jerobaal et Badan et Jephte et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, et habitastis confidenter.

12. Videntes autem, quod Naas, rex filiorum Ammon, venisset adversum vos, dixistis mihi: Nequaquam, sed rex imperabit nobis: cum Dominus Deus vester regnaret in vobis.

13. Nunc ergo præsto est rex vester, quem elegistis et petistis: ecce, dedit vobis Dominus regem.

14. Si timueritis Dominus et servieritis ei, et audieritis vocem ejus, et non exasperaveritis os Domini, eritis et vos, et rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum:

Digitized by Google

15. Ma se voi non udirete la voce del Signore, anzi esasperercte le sue parole, sarà la sua mano sopra dì voi, e sopra i vostri padri.

16. Ma istate ora, e vedete questa grande cosa, la quale farà il Signore nel vostro cospetto.

17. Non è egli oggi tempo di tagliare il grano? Invocherò il Signore, e darà voci e piove; e saprete e vederete, che voi avrete fatto grande male a voi nel cospetto di Dio, domandando re a voi.

18. E Samuel invocò il Signore; ed egli diede in quel dì voci e piove.

19. E temette il popolo molto Iddio e Samuel; e disse tutto il popolo a Samuel: fa orazione per li tuoi servi al Signore Iddio tuo, acciò che noi non moriamo; però che noi abbiamo aggiunto a' nostri peccati questo grande male, cioè di domandare re.

20. E Samuel disse al popolo: non abbiate paura, voi avete fatto tutto questo male; ma non vi partite

15. si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos, et super patres vestros.

16. Sed et nunc state, et videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro.

17. Numquid non messis tritici est hodie? invocabo Dominum, et dabit voces et pluvias, et scietis, et videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem.

18. Et clamavit Samuel ad Dominum, et dedit Dominus voces et pluvias in illa die.

19. Et timuit omnis populus nimis Dominum et Samuelem, et dixit universus populus ad Samuelem: Ora pro servis tuis ad Dominum Deum tuum, ut non moriamur: addidimus enim universis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem.

20. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, vos fecisti universum malum hoc: verumtamen nolite recedere a

Digitized by Google

però da Dio (cioè da seguitarlo) e servite a lui con tutto il vostro cuore.

21. E non vogliate declinare dopo le cose vane, che non vi faranno pro', e non vi libereranno, perchè sono vane.

22. E non lascerà il Signore il suo popolo per lo suo grande nome; perciò che egli giurò di farvi suo popolo.

23. E non sia in me questo peccato, ch' io cessi d' orare per voi; e insegnerovvi la via buona e diritta.

24. Onde temete Iddio, e servitegli con tutto il vostro cuore; certo voi avete veduto le magnifiche cose, le quali egli hae fatte in voi.

25. Ma se voi perseverarete nella (vostra) malizia, e voi e il vostro re insiememente perirete.

tergo Domini, sed servite Domino in omni corde vestro.

21. Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt.

22. Et non derelinquet Dominus populum suum propter nomen suum magnum, quia juravit Dominus facere vos sibi populum.

23. Absit autem a me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis, et docebo vos viam bonam et rectam.

24. Igitur timete Dominum, et servite ei in veritate, et ex toto corde vestro: vidistis enim magnifica, quæ in vobis gesserit.

25. Quodsi perseveraveritis in malitia, et vos et rex vester pariter peribitis.

Digitized by Google

CAPO XIII.

1. E figliuolo d' uno anno era a Saul, quando incominciò a regnare; e due anni regnò sopra Israel.

2. E Saul elesse a sè tre milia uomini d' Israel; ed erano con Saul due milia in Macmas e (ascosti in agguato) nel monte di Betel; e mille n' erano con Ionata in Gabaa di Beniamin; e dell' altro popopolo ciascuno mandò alle case loro.

3. E Ionata percosse la stazione de' Filistei, li quali erano in Gabaa. La quale cosa udirono i Filistei; e Saul suonò la tromba in tutta la terra, dicendo: intendano gli Ebrei.

4. E tutto il popolo intese questa fama: Saul percosse gli Filistei; e Israel si levò ritto contro ai Filistei. Onde il popolo chiamò in Galgala dopo Saul.

5. Gli Filistei sì congregarono per combattere contro ad Israel XXX milia carra e VI milia cavalieri, e l' altro popolo molto, sì come l' arena la

CAPUT XIII.

1. Filius unius anni erat Saul, cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnavit super Israel.

2. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel, et erant cum Saul duo millia in Machmas, et in monte Bethel, mille autem cum Jonatha in Gabaa Benjamin; porro ceterum populum remisit unumquemque in tabernacula sua.

3. Et percussit Jonathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cum audisset Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi.

4. Et universus Israel audivit hujuscemodi famam: Percussit Saul stationem Philisthiim: et eraxit se Israel adversus Philisthiim. Clamavit ergo populus post Saul in Galgala.

5. Et Philisthiim congregati sunt ad prœliandum contra Israel, triginta millia curruum,

Digitized by Google

quale è nel lido del mare. E ascendendo puosero campo in Macmas verso oriente in Betaven.

6. La quale cosa veggendo i figliuoli d' Israel, li quali erano stretti, ed era afflitto il popolo, nascosersi per le grotte e per le spelonche, e tra le pietre e tra le cisterne.

7. E gli Ebrei passarono il Giordano [in] la terra di Gad e di Galaad. Ed essendo ancora Saul in Galgala, tutto il popolo che il seguitava fue isbigottito.

8. E aspettò VII die, come era piaciuto a Samuel, e non venne Samuel in Galgala; e partissi il popolo da lui.

9. E disse Saul: recatemi lo olocausto e il pacifico sacrificio. E offerse l' olocausto.

10. E compiuto d' offerire l' olocausto, ecco Samuel che venia (per offerire); e Saul gli volse incontro per salutarlo.

et sex millia equitum, et reliquum vulgus sicut arena, quæ est in littore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethaven.

6. Quod cum vidissent viri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat populus), absconderunt se in speluncis, et in abditis, in petris quoque, et in antris, et in cisternis.

7. Hebræi autem transierunt Jordanem in terram Gad et Galaad. Cumque adhuc esset Saul in Galgala, universus populus perterritus est, qui sequebatur eum.

8. Et exspectavit septem diebus juxta placitum Samuelis, et non venit Samuel in Galgala; dilapsusque est populus ab eo.

9. Ait ergo Saul: Afferte mihi holocaustum, et pacifica. Et obtulit holocaustum.

10. Cumque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat; et egressus est Saul obviam ei ut salutaret eum.

Digitized by Google

11. E Samuel gli disse: che hai tu fatto? E Saul gli respuose: però ch' io vedea che il popolo si partìa da me, e tu non venivi com' era ordinato, e gli Filistei erano raunati in Macmas,

12. io dissi: ora verranno gli Filistei a me in Galgala, e non umiliai la faccia di Dio. Onde, costretto per necessità, io hoe offerto il sacrificio.

13. E Samuel disse a Saul: stoltamente hai fatto, e non hai osservati gli comandamenti del tuo Iddio, li quali egli ti comandò. La quale cosa se tu non avessi fatta, già avea il Signore apparecchiato il tuo regno sopra Israel in sempiterno.

14. Ma il tuo regno non anderà più innanzi. Il Signore hae cercato uomo secondo il suo cuore, e hagli comandato che sia duca sopra il popolo suo, poichè tu non hai osservato quello che il Signore comandò.

15. E levossi Samuel, e ascendè di Galgala in Gabaa di Beniamin. E l' altro popolo andò dopo Saul

11. Locutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti? Respondit Saul: Quia vidi, quod populus dilaberetur a me, et tu non veneras juxta placitos dies: porro Philisthiim congregati fuerant in Machmas,

12. dixi: Nunc descendent Philisthiim ad me in Galgala, et faciem Domini non placavi. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum.

13. Dixitque Samuel ad Saul: Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiterum:

14. sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum, et præcepit ei Dominus, ut esset dux super populum suum, eo quod non servaveris quæ præcepit Dominus.

15. Surrexit autem Samuel, et ascendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi, ascenderunt post Saul obviam populo, qui expugna-

Digitized by Google

incontro al popolo che combatteano contro a loro, vegnendo di Galgala in Gabaa, nelli colli di Beniamin. Numerò Saul il popolo, il quale sì ritrovò con esso lui, quasi secento uomini.

16. E Saul, e Ionata suo figliuolo, e il popolo che si ritrovò con lui, era in Gabaa di Beniamin; i Filistei sedevano in Macmas.

17. E del campo de' Filistei uscirono tre compagnie a rubare. L'una compagnia andò per la via di Efra alla terra di Sual.

18. E l'altra andava per la via di Betoron: la terza s'era volta alla via del termine (nella terra di Sabaa) dell'alta valle di Seboim verso il deserto.

19. E in tutta la terra d'Israel non si trovava fabro di ferro; però che i Filistei si guardavano che gli Ebrei non potessero comprare nè lancia nè coltello.

20. E tutto Israel discendea a' Filistei per conciare ciascuno il suo gomiero e la sua vanga, e la manara e 'l sarchiello,

bant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recensuit Saul populum, qui inventi fuerant cum eo, quasi sexcentos viros.

16. Et Saul et Jonathas, filius ejus, populusque, qui inventus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin; porro Philisthiim consederant in Machmas.

17. Et egressi sunt ad prædandum de castris Philisthinorum tres cunei. Unus cuneus pergebet contra viam Ephra ad terram Sual;

18. porro alius ingrediebatur per viam Bethhoron; tertius autem verterat se ad iter termini imminentis valli Seboim contra desertum.

19. Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel; caverant enim Philisthiim, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam.

20. Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim, ut exacueret unusquisque vomerem suum et ligonem et securim et sarculum.

Digitized by Google

21. e le punte de' gomieri e delle vanghe e de' tridenti e delle securi, che erano rintuzzate, e anco a conciare il pungiglione.

22. E venuti gli dì della battaglia, non si trovò lancia nè spada a tutto il popolo, eccetto Saul e Ionata suo figliuolo.

23. E partissi il campo de' Filistei per passare in Macmas.

CAPO XIIII.

1. E intervenne uno dì, che Ionata figliuolo di Saul disse a uno giovane suo scudiere: vieni, passiamo al campo de' Filistei il quale è di là da quello luogo. E questo non fece a sapere a suo padre.

2. E Saul stava nella ultima parte di Gabaa sotto uno melo grano, il quale era nel (campo di) Magron; ed era con esso lui il popolo (di Gabaa) quasi di secento uomini.

21. Retusæ itaque erant acies vomerum et ligonum et tridentum et securium, usque ad stimulum corrigendum.

22. Cumque venisset dies prælii, non est inventus ensis et lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule et Jonatha, excepto Saul et Jonatha filio ejus.

23. Egressa est autem statio Philisthiim, ut transcenderet in Machmas.

CAPUT XIV.

1. Et accidit quadam die, ut diceret Jonathas, filius Saul, ad adolescentem armigerum suum: Veni, et transeamus ad stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicavit.

2. Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malogranato, quæ erat in Magron; et erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum.

Digitized by Google

3. E Achia figliuolo di Achitob, fratello d' Icabod figliuolo di Finees, il quale nacque di Eli sacerdote di Dio in Silo, portava lo efod (cioè una veste sacerdotale). Il popolo non sapea dove Ionata fosse andato.

4. E nella montata, che Ionata si sforzava di fare per passare al campo de' Filistei, erano pietre alte da ogni parte, quasi in modo di denti (come luogo da far guardie) da ciascuna parte diritti. E uno di quelli luoghi avea nome Boses, e l' altro avea nome Sene.

5. E uno di questi luoghi era verso l' aquilone rincontro a Macmas, e l' altro a mezzogiorno contro a Gabaa.

6. E Ionata disse al giovane scudiere suo: vieni, passiamo al campo di questi (Filistei) incirconcisi; forse che Iddio sarà per noi, però che non è difficile al Signore a salvare con moltitudine, ovvero con pochi.

3 Et Achias, filium Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed et populus ignorabat quo isset Jonathas.

4. Erant autem inter ascensus, per quos nitebatur Jonathas transire ad stationem Philisthinorum, eminentes petræ ex utraque parte, et quasi in modum dentium scopuli hinc et inde prærupti, nomen uni Boses, et nomen alteri Sene;

5. unus scopulus prominens ad aquilonem ex adverso Machmas, et alter ad meridiem contra Gabaa.

6. Dixit autem Jonathas ad adolescentem armigerum suum: Veni, transeamus ad stationem incircumcisorum horum: si sorte faciat Dominus pro nobis, quia non est Domino difficile salvare vel in multis, vel in paucis.

Digitized by Google

7. E il scudiere disse: fa ciò che (ti) piace all' animo tuo; e va dovunque ti piace, e io sarò teco dovunque andrai.

8. E Ionata disse: ecco, noi passiamo a questi uomini. Quando noi appariremo loro,

9. se loro diranno a noi: ISTATE, TANTO CHE NOI VEGNAMO A VOI, istiamo nel luogo nostro, e non andiamo a loro.

10. Ma se loro diranno: ASCENDETE A NOI, ascendiamo, però che Iddio gli ha dati nelle nostre mani; e questo ci sarà segnale.

11. E amendue apparvero al campo de' Filistei, e dissero li Filistei: ecco che gli Ebrei escono delle caverne, nelle quali erano nascosi.

12. E gli uomini del campo dissero a Ionata e al suo scudiere: ascendete a noi, e mostreremo a voi la cosa. E Ionata disse al suo scudiere: ascendiamo; sèguitami, però che Iddio gli ha dati nelle (nostre) mani d' Israel.

7. Dixitque ei armiger suus: Fac omnia, quæ placent animo tuo, perge quo cupis, et ero tecum ubicunque volueris.

8. Et ait Jonathas: Ecce nos transimus ad viros istos. Cumque apparuerimus eis,

9. si taliter locuti fuerint ad nos: manete donec veniamus ad vos; stemus in loco nostro, nec ascendamus ad vos.

10. Si autem dixerint: Ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris: hoc erit nobis signum.

11. Apparuit igitur uterque stationi Philisthinorum, dixeruntque Philisthiim: En Hebræi egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant.

12. Et locuti sunt viri de statione ad Jonatham, et ad armigerum ejus, dixeruntque: Ascendite ad nos, et ostendemus vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum suum: Ascendamus, sequere me: tradidit enim Dominus eos in manus Israel.

Digitized by Google

13. E ascendè Ionata colle mani e colli piedi, e il suo scudiere dopo lui. E (veggendo loro il viso di Ionata) altri ne cadeano dinanzi di Ionata, e altri uccidea il suo scudiere seguitando lui.

14. E fu fatta la prima piaga, la quale fece Ionata e il suo scudiere, quasi di XX uomini nel mezzo del campo, il quale uno paio di buoi solea arare in uno dì.

15. E fu fatto miracolo nel campo per li campi; e tutti i popoli del campo loro, li quali erano andati a rubare, isbigottirono e turbaronsi; e intervenne quasi miracolo da Dio.

16. E le guardie di Saul, ch' erano in Gabaa di Beniamin, guardarono; e apparve una moltitudine a battaglia, e fuggia lae e qua.

17. E Saul disse al popolo il quale era con lui: cercate, e vedete chi è andato di noi. E cercato, fu trovato che Ionata non v' era, nè il suo scudiere.

18. E Saul disse ad Achia: TOLLI L' ARCA DI DIO;

13. Ascendit autem Jonathas manibus et pedibus reptans, et armiger ejus post eum. Itaque alii cadebant ante Jonatham, alios armiger ejus interficiebat sequens eum.

14. Et facta est plaga prima, qua percussit Jonathas et armiger ejus, quasi viginti virorum in media parte jugeri, quam par boum in die arare consuevit.

15. Et factum est miraculum in castris, per agros; sed et omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum, obstupuit, et conturbata est terra; et accidit quasi miraculum a Deo.

16. Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Benjamin, et ecce multitudo prostrata, et huc illucque diffugiens.

17. Et ait Saul populo, qui erat cum eo: Requirite, et videte, quis abierit ex nobis. Cumque requisissent, repertum est non adesse Jonatham, et armigerum ejus.

18. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam Dei. (Erat enim

Digitized by Google

però che l' arca di Dio era in que' dì ivi coi figliuoli d' Israel.

19. E favellando Saul col sacerdote, grande rumore nacque nel campo de' Filistei; e a poco a poco crescea, e più chiaramente risonava. E disse Saul al sacerdote: ritrai la tua mano.

20. E gridò Saul, e tutto il popolo ch' era con lui; e vennero insino al luogo della battaglia. Ed ecco ch' era convertito il coltello di ciascuno verso il suo prossimo, e facea molto grande tagliata.

21. E gli Ebrei, ch' erano istati ieri e l' altro con li Filistei, ed erano con esso loro nel campo, ritornarono per essere con esso Israel, il quale era con Saul e con Ionata.

22. E tutti quelli d' Israel, i quali erano nascosi nel monte di Efraim, udendo che i Filistei fuggivano, accompagnaronsi co' suoi alla battaglia; ed erano con Saul [quasi] X milia uomini.

23. E salvò il Signore Israel in quel dì; e la battaglia pervenne insino a Betaven.

ibi arca Dei in die illa cum filiis Israel.

19. Cumque loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum, crescebatque paulatim, et clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam.

20. Conclamavit ergo Saul, et omnis populus, qui erat cum eo, et venerunt usque ad locum certaminis; et ecce versus fuerat gladius uniuscujusque ad proximum suum, et cædes magna nimis.

21. Sed et Hebræi, qui fuerant cum Philisthiim heri et nudiustertius, ascenderantque cum eis in castris, reversi sunt, ut essent cum Israel, qui erat cum Saul et Jonatha.

22. Omnes quoque Israelitæ, qui se absconderant in monte Ephraim, audientes, quod fugissent Philisthæi, sociaverunt se cum suis in prœlio. Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum.

23. Et salvavit Dominus in die illa Israel; pugna autem pervenit usque ad Bethaven.

Digitized by Google

24. E accompagnaronsi insieme in quel dì gli uomini d' Israel; e (in quel dì) Saul scongiurò il popolo, dicendo: maledetto l' uomo che manucherà pane insino al vespro, tanto ch' io mi vendichi dei miei nemici. E tutto il popolo non mangiò pane.

25. E tutto il popolo venne nel bosco, dove che nel campo era miele.

26. Ed entrò il popolo nel bosco; e apparve loro il miele, e non fu alcuno che si ponesse la mano alla bocca; però che il popolo temeva il giuramento.

27. Ma Ionata non avea udito, quando il padre avea scongiurato il popolo; ed estese la sommità della verga, la quale teneva in mano, e trassela nel miele; e portatosi la mano alla bocca, li suoi occhii furono alluminati.

28. E uno del popolo respondendo disse: per giuramento costrinse il tuo padre il popolo, dicendo: maledetto chi mangerà oggi pane. E il popolo era allassato.

24. Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa; adjuravit autem Saul populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducavit universus populus panem;

25. omnesque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri.

26. Ingressus est itaque populus saltum, et apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum; timebat enim populus juramentum.

27. Porro Jonathas non audierat, cum adjuraret pater ejus populum; extenditque summitatem virgæ, quam habebat in manu, et intinxit in favum mellis; et convertit manum suam ad os suum, et illuminati sunt oculi ejus.

28. Respondensque unus de populo, ait: Jurejurando constrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem hodie; (defecerat autem populus).

Digitized by Google

29. E disse Ionata: il mio padre hae turbata la terra; voi istessi avete veduti gli occhii miei che sono alluminati, perchè io hoe assaggiato uno poco di questo miele.

30. Quanto maggiormente, se il popolo avesse manicato della preda che hae trovata de' loro nemici! Non sarebb' ella istata maggiore la piaga fatta nelli Filistei?

31. E in quel dì percossono li Filistei di Macmis insino ad Aialon. Ma il popolo s' affaticò troppo.

32. E tornato alla preda, sì tolsero pecore e bovi e vitelli, e ucciserli in terra; e mangiò il popolo con sangue.

33. E significarono a Saul, che il popolo avea peccato a Dio, mangiando con sangue. Il quale disse: voi avete offeso; ma volgete a me uno sasso grande.

34. E disse Saul: ispargetevi per lo popolo, e dite loro, che ciascuno rechi il suo bue e il suo castrone a me, e uccidetegli sopra questo sasso, e manicate, e non peccherete a Dio mangiando con san-

29. Dixitque Jonathas: Turbavit pater meus terram: vidistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustaverim paululum de melle isto:

30. quanto magis, si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? nonne major plaga facta fuisset in Philisthiim?

31. Percusserunt ergo in die illa Philisthæos a Machmis usque in Ajalon. Defatigatus est autem populus nimis.

32. Et versus ad prædam tulit oves et boves et vitulos, et mactaverunt in terra; comeditque populus cum sanguine.

33. Nuntiaverunt autem Sauli dicentes, quod populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. Qui ait: Prævaricati estis: volvite ad me jam nunc saxum grande.

34. Et dixit Saul: Dispergimini in vulgus, et dicite eis, ut adducat ad me unusquisque bovem suum et arietem, et occidite super istud, et vesci-

Digitized by Google

gue. E tutto il popolo portò ciascuno nella sua mano il (suo) bue, insino a tanto che fu notte; e uccisergli ivi.

35. E Saul edificò lo altare a Dio. E allora fu la prima fiata, ch' el cominciasse a edificare lo altare a Dio.

36. E disse Saul: assaliamo questa notte i Filistei; insino che si faccia il dì, gli guastiamo, e non ne lasciamo alcuno di loro. E disse il popolo: ciò che negli occhii tuoi pare buono, fa. E disse il sacerdote: andiamo quiritta al Signore.

37. E domandò Saul consiglio a Dio, e disse: persèguito io ora i Filistei? Dara'gli tu nelle mie mani? E non gli respuose in quel dì.

38. E Saul disse: appressate il popolo qua, e vedete e sapete, per cui è commesso questo peccato oggi.

39. Vive il Signore, salvadore d' Israel, che se per Ionata mio figliuolo è commesso, senza ritratta-

mini, et non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisque bovem in manu sua usque ad noctem, et occiderunt ibi.

35. Aedificavit autem Saul altare Domino; tuncque primum cœpit aedificare altare Domino.

36. Et dixit Saul: Irruamus super Philisthæos nocte, et vastemus eos, usquedum illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitque populus: Omne, quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos: Accedamus huc ad Deum.

37. Et consuluit Saul Dominum: Num persequar Philisthiim? si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa.

38. Dixitque Saul: Applicate huc universos angulos populi, et scitote, et videte, per quem acciderit peccatum hoc hodie.

39. Vivit Dominus salvator Israel, quia, si per Jonatham filium meum factum est, als-

Digitized by Google

zione sarà morto. Alla qual cosa niuno del popolo contradisse.

40. E disse a tutto Israel: istate tutti voi da una parte, io e Ionata mio figliuolo istaremo dall' altra parte. E rispuose il popolo: quello che negli occhii tuoi pare buono, fa.

41. E Saul disse al Signore: Signore Iddio d' Israel, dà segnale: che è ciò che tu non hae oggi risposto a me servo tuo? Se in me, ovvero in Ionata mio figliuolo, è questa iniquità, dimostralo; o se ella è nel popolo, dà santità. E furono presi Saul e Ionata; e il popolo istette cheto.

42. E Saul disse: mettete le sorti intra me e Ionata mio figliuolo. E fu preso Ionata.

43. E Saul disse a Ionata: manifestami quello che tu hai fatto. E Ionata glielo manifestò, e disse: io hoe assaggiato uno poco di miele colla sommità della verga la quale io tenea in mano, ed ecco ch' io muoio.

que retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo.

40. Et ait ad universum Israel Separamini vos in partem unam, et ego cum Jonatha filio meo ero in parte altera. Responditque populus ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis, fac.

41. Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel: Domine Deus Israel, da indicium, quid est, quod non responderis servo tuo hodie? Si in me, aut in Jonatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem: aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Et deprehensus est Jonathas et Saul; populus autem exivit.

42. Et ait Saul: Mittite sortem inter me, et inter Jonatham filium meum. Et captus est Jonathas.

43. Dixit autem Saul ad Jonatham: Indica mihi, quid feceris. Et indicavit ei Jonathas, et ait: Gustans gustavi in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, et ecce, ego morior.

Digitized by Google

44. E Saul disse: questo mi faccia Iddio, e questo m' aggiunga, Ionata, chè tu sarai morto.

45. E il popolo disse a Saul: dunque ora morirà Ionata, il quale ha fatto sì grande salute in Israel (oggi)? Questa non è cosa convenevole; vive il Signore, che non caderà capello del suo capo in terra, però che con esso Iddio hae operato oggi. Onde il popolo liberò Ionata, acciò che non fosse morto.

46. E però Saul si partì, e non perseguitò li Filistei; e se n' andarono i Filistei ai luoghi loro.

47. E Saul, confermato il regno sopra Israel, combattea dintorno contra tutti gli nemici suoi, e contro a Moab e li figliuoli di Ammon [e di Edom] e li re di Soba, e i Filistei: e in quale parte si volgea, sì vincea.

48. E raunato lo esercito, percosse Amalec; e liberò Israel delle mani di quelli che gli disertavano.

49. E i figliuoli di Saul furono Ionata e Iessuì

44. Et ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, quia morte morieris, Jonatha.

45. Dixitque populus ad Saul: Ergone Jonathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nefas est: vivit Dominus, si ceciderit capillus de capite ejus in terram, quia cum Deo operatus est hodie. Liberavit ergo populus Jonatham, ut non moreretur.

46. Recessitque Saul, nec persecutus est Philisthiim; porro Philisthiim abierunt in loca sua.

47. Et Saul, confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum adversum omnes inimicos ejus, contra Moab, et filios Ammon et Edom, et reges Soba et Philisthæos; et quocunque se verterat, superabat.

48. Congregatoque exercitu, percussit Amalec, et eruit Israel de manu vastatorum ejus.

49. Fuerunt autem filii Saul, Jonathas et Jessui et Melchisua; et nomina duarum filiarum ejus, nomen primogenitæ Merob, et nomen minoris Michol.

Digitized by Google

e Melchisua; il nome di due sue figliuole, il nome della primagenita Merob, il nome della minore Micol.

50. E il nome della moglie di Saul, Achinoam figliuola di Achimaas; il nome dello principe della sua milizia Abner, figliuolo di Ner, lo quale fu fratello del padre (cioè) di Saul.

51. E Cis era istato padre di Saul, e Ner padre di Abner, figliuolo di Abiel.

52. Ed era guerra potente con i Filistei, [tutto] il tempo di Saul. E qualunque vedea Saul, uomo forte e atto a battaglia, egli l' accompagnava a sè

CAPO XV.

1. E Samuel disse a Saul: Iddio mi mandò, ch' io ugnessi te re sopra il popolo suo Israel. Ora intendi la voce di Dio.

2. Questo dice il Signore degli eserciti; io hoe numerate tutte le cose che fece Amalec ad Israel, come gli fu contrario nella via, quando ascendea d' Egitto.

50. Et nomen uxoris Saul, Achinoam filia Achimaas; et nomen principis militiæ ejus Abner, filius Ner, patruelis Saul.

51. Porro Cis fuit pater Saul, et Ner pater Abner, filius Abiel.

52. Erat autem bellum potens adversum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcunque viderat Saul virum fortem, et aptum ad prœlium, sociabat eum sibi.

CAPUT XV.

1. Et dixit Samuel ad Saul: Me misit Dominus, ut ungerem te regem super populum ejus Israel: nunc ergo audi vocem Domini:

2. Hæc dicit Dominus exercituum: Recensui, quæcunque fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via, cum ascenderet de Aegypto.

Digitized by Google

3. Ora vae, e percuoti Amalec, e guasta tutte le sue cose; e non desiderare alcuna di quelle cose; non gli perdonare, ma uccidi dall' uomo insino alla femina, e piccolo e lattante, bue e pecora, e camello e asino.

4. E Saul comandò al popolo, e numerogli come gli agnelli; CC milia di pedoni, e X milia uomini di Giuda.

5. Ed essendo venuto Saul insino alla città di Amalec, nascose agguato nel fiume.

6. E Saul disse a Cineo: andate, e partitevi di Amalec, acciò ch' io non t' inviluppi con esso lui; però che tu facesti misericordia con tutti i figliuoli d' Israel, quando ascenderono d' Egitto. E Cineo si partì di mezzo di Amalec.

7. E Saul percosse Amalec, da Evila insino che vieni a Sur, la quale è nelle parti d' Egitto.

8. E prese Agag, re di Amalec, vivo; e tutto l' altro popolo uccise di coltello.

3. Nunc ergo vade, et percute Amalec, et demolire universa ejus: non parcas ei, et non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro usque ad mulierem, et parvulum atque lactentem, bovem et ovem, camelum et asinum.

4. Præcepit itaque Saul populo, et recensuit eos quasi agnos: ducenta millia peditum, et decem millia virorum Juda.

5. Cumque venisset Saul usque ad civitatem Amalec, tetendit insidias in torrente.

6. Dixitque Saul Cinæo: Abite, recedite, atque descendite ab Amalec, ne forte involvam te cum eo: tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Aegypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec.

7. Percussitque Saul Amalec, ab Hevila, donec venias ad Sur, quæ est e regione Aegypti.

8. Et apprehendit Agag, regem Amalec, vivum; omne autem vulgus interfecit in ore gladii.

Digitized by Google

9. E Saul e il popolo perdonò ad Agag, e agli ottimi greggi delle pecore, e agli armenti, e a tutte le belle cose, e non le vollero guastare; ma qualunque cosa fragile e rifiutata, quella guastarono.

10. E la parola di Dio fu fatta a Samuel, e disse:

11. Io sono pentito, ch' io feci Saul re; però ch' egli m' hae lasciato, e le mie parole non ha fatte per opera. E Samuel sì contristoe, e tutta la notte chiamò a Dio.

12. E levatosi Samuel di notte, per andare la mattina a Saul, fu significato a Samuel, che Saul era venuto in Carmelo, e avea dirizzato ivi l' arco trionfale; e, tornato, fosse disceso in Galgala. E Samuel venne a Saul; e Saul offeriva lo olocausto a Dio delle primizie della preda che aveano menata di Amalec.

9. Et pepercit Saul et populus Agag, et optimis gregibus ovium et armentorum, et vestibus et arietibus, et universis, quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea; quidquid vero vile fuit et reprobum, hoc demoliti sunt.

10. Factum est autem verbum Domini ad Samuel, dicens;

11. Pœnitet me, quod constituerim Saul regem, quia dereliquit me, et verba mea opere non implevit. Contristatusque est Samuel, et clamavit ad Dominum tota nocte.

12. Cumque de nocte surrexisset Samuel, ut iret ad Saul mane, nuntiatum est Samueli eo quod venisset Saul in Carmelum, et erexisset sibi fornicem triumphalem, et reversus transisset, descendissetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, et Saul offerebat holocaustum Domino de initiis prædarum, quæ attulerat ex Amalec.

Digitized by Google

13. E venuto Samuel a Saul, disse a lui: Saul: benedetto sii tu da Dio, io ho finita la parola di Dio.

14. E Samuel disse: e che voce di greggia è questa che mi risuona nelle orecchie, e degli armenti ch' io intendo?

15. E Saul disse: egli le menarono di Amalec; il popolo perdonò a' migliori greggi e armenti, per sacrificare a Dio Signore; tutte le altre abbiamo morte.

16. E Samuel disse a Saul: audi me, e io ti manifesterò quello che mi ha detto il Signore di notte. E disseli: dì.

17. E disse Samuel: or, essendo tu piccolo negli occhii tuoi, non fosti tu fatto capo nelle tribù d' Israel? E il Signore unse te re sopra Israel.

18. E mandotti per la via, e disse: va, e uccidi gli peccatori di Amalec, e combatterai contro di loro insino alla loro consumazione.

19. Perchè non intendesti la voce di Dio, anzi ti se' convertito alla preda, e hai fatto male nel cospetto di Dio?

13. Et cum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Benedictus tu Domino, implevi verbum Domini.

14. Dixitque Samuel: Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, et armentorum, quam ego audio?

15. Et ait Saul: De Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ovibus et armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo; reliqua vero occidimus.

16. Ait autem Samuel ad Saul: Sine me, et indicabo tibi, quæ locutus sit Dominus ad me nocte. Dixitque ei: Loquere.

17. Et ait Samuel: Nonne, cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? unxitque te Dominus in rege super Israel,

18. et misit te Dominus in viam, et ait: Vade, et interfice peccatores Amalec, et pugnabis contra eos usque ad internecionem eorum.

19. Quare ergo non audisti vocem Domini, sed versus ad prædam es, et facisti malum in oculis Domini?

Digitized by Google

20. E Saul disse a Samuel: anzi io hoe intesa la voce di Dio, e sono andato per la via per la quale il Signore mi mandò, e hoe menate Agag re di Amalec, e ho morto Amalec.

21. Il popolo ha tolto della preda pecore e buoi, primizie di quelle che sono uccise, per sacrificare al suo Signore Iddio in Galgala.

22. E Samuel disse: vuole egli Iddio vittime ovvero olocausto, e non che sia obbedito alla voce sua? Ella è migliore la obbedienza delle vittime; è ascoltare più che offerire il grasso de' montoni.

23. Però che repugnare è come il peccato dello indivinare; e non volere consentire, come il peccato della idolatria: e però che tu hai cacciata via la parola di Dio, Iddio hae cacciato te, che tu non sii re sopra Israel.

24. E Saul disse a Samuel: io hoe peccato, però ch' io ho prevaricato la parola di Dio e la tua, temendo il popolo e obbedendo la voce loro.

20. Et ait Saul ad Samuelem: Immo audivi vocem Domini, et ambulavi in via, per quam misit me Dominus, et adduxi Agag regem Amalec, et Amalec interfeci.

21. Tulit autem de præda populus oves et boves, primitias eorum quæ cæsa sunt, ut immolet Domino Deo suo in Galgalis.

22. Et ait Samuel: Numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potius, ut obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quam victimæ, et auscultare magis, quam offerre adipem arietum:

23. quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare: et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo, quod abjecisti sermonem Domini, abjecit te Dominus, ne sis rex.

24. Dixitque Saul ad Samuelem: Peccavi, quia prævaricatus sum sermonem Domini, et verba tua, timens populum, et obediens voci eorum.

Digitized by Google

25. Ma io ti prego che tu porti testeso, il mio peccato; e ritorna meco, ch' io adori il Signore.

26. E Samuel disse a Saul: non tornerò teco, imperò che tu hae gettata la parola di Dio; e Iddio t' ha gittato, che tu non sie re d' Israel.

27. E voltossi Samuel per andarsene: e quegli prese la sommità del suo mantello, lo quale si squarciò.

28. E Samuel disse: oggi hae diviso Iddio il regno d' Israel da te, e hallo dato al tuo prossimo, migliore di te.

29. E lo trionfatore d' Israel non perdona, e non si chinerà per pentimento; però che non è uomo che si penta.

30. E quegli disse: io hoe peccato, ma priegoti che tu mi onori nel cospetto de' maggiori del popolo mio, e in cospetto d' Israel; ritorna meco, acciò ch' io adori il tuo Signore Iddio.

31. E Samuel ritornò, e seguitò Saul; e Saul adorò Dio.

25. Sed nunc porta, quæso, peccatum meum, et revertere mecum, ut adorem Dominum.

26. Et ait Samuel ad Saul: Non revertar tecum, quia projecisti sermonem Domini, et projecit te Dominus, ne sis rex super Israel.

27. Et conversus est Samuel, ut abiret; ille autem apprehendit summitatem pallii ejus, quæ et scissa est.

28 Et ait ad eum Samuel: Scidit Dominus regnum Israel a te hodie, et tradidit illud proximo tuo meliori te.

29. Porro triumphator in Israel non parcet, et pœnitudine non flectetur: neque enim homo est, ut agat pœnitentiam.

30. At ille ait: Peccavi, sed nunc honora me coram senioribus populi mei, et coram Israel, et revertere mecum, ut adorem Dominum Deum tuum.

31. Reversus ergo Samuel secutus est Saulem; et adoravit Saul Dominum.

Digitized by Google

32. E Samuel disse: menatemi Agag re di Amalec. E fugli menato dinanzi Agag, grassissimo, tremando. E Agag disse: or così mi separa la morte amara?

33. E Samuel disse: come il tuo coltello fe' le femine essere senza figliuoli, così senza figliuoli sarà la tua madre tra le femine. E tagliollo Samuel, in cospetto di Dio, in Galgala.

34. E andossene Samuel in Ramata, Saul ascendendo in casa sua in Gabaa.

35. E da indi inanzi non vide più Samuel Saul insino al dì della morte sua. Ma nondimeno Samuel piagnea Saul; però che Iddio era pentito, che colui l' avea fatto re sopra Israel.

32. Dixitque Samuel: Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguissimus et tremens. Et dixit Agag: Siccine separat amara mors?

33. Et ait Samuel: Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis.

34. Abiit autem Samuel in Ramatha; Saul vero ascendit in domum suam in Gabaa.

35. Et non vidit Samuel ultra Saulem usque ad diem mortis suæ; verumtamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat, quod constituisset eum regem super Israel.

Digitized by Google

CAPO XVI.

1. E disse il Signore a Samuel: insino a quando piagnerai tu Saul, con ciò sia cosa ch' io l' abbia gittato via, che non sia re sopra Israel? Empi il corno tuo d' olio, e vieni; ch' io ti manderò ad Isai di Betleem, però che nelli suoi figliuoli io hoe provveduto a me re.

2. E disse Samuel: e come andrò io? Saul intenderà questo, e uccciderammi. E disse Iddio: torrai uno vitello dello armento nella tua mano, e dirai: io sono venuto a sacrificare a Dio.

3. E chiamerai Isai allo sacrificio, e io ti mostrerò che tu facci, e uguerai qualunque io ti mostrerò.

4. E fece Samuel sì come Iddio gli avea detto. E venne in Betleem; e i maggiori della città, maravigliandosi, sì gli andarono incontro, e dissero: è ella pacifica la tua venuta?

CAPUT XVI.

1. Dixitque Dominus ad Samuelem: Usquequo tu luges Saul, cum ego projecerim eum, ne regnet super Israel? Imple cornu tuum oleo, et veni, ut mittam te ad Isai Bethlehemitem: providi enim in filiis ejus mihi regem.

2. Et ait Samuel: Quo modo vadam? audiet enim Saul, et interficiet me. Et ait Dominus: Vitulum de armento tolles in manu tua, et dices: Ad immolandum Domino veni.

3. Et vocabis Isai ad victimam, et ego ostendam tibi, quid facias, et unges quemcunque monstravero tibi.

4. Fecit ergo Samuel, sicut locutus est ei Dominus. Venitque in Bethlehem, et admirati sunt seniores civitatis, occurrentes ei, dixeruntque: Pacificusne est ingressus tuus?

Digitized by Google

5. E disse: pacifica è; io son venuto a sacrificare; santificatevi, e venite meco, acciò ch' io faccia sacrificio. Onde santificò Isai e' suoi figliuoli, e chiamolli al sacrificio.

6. Ed entrati loro, vide Eliab, e disse: egli è aguale nel cospetto di Dio il suo Cristo?

7. E disse Iddio a Samuel: non guardare il suo volto, nè l' altezza della sua statura; però ch' io l' hoe iscacciato, e non giudico secondo l' apparenza degli uomini; però che l' uomo vede queste cose le quali appaiono, ma Iddio vede il cuore.

31. Dixitque ei rex: Fac sicut locutus est, et interfice eum, et sepeli, et amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est a Joab, a me, et a domo patris mei.

32. Et reddet Dominus sanguinem ejus super caput ejus, quia interfecit duos viros justos, melioresque se, et occidit eos gladio, patre meo David ignorante, Abner filium Ner principem militiæ Israel, et Amasam filium Jether principem exercitus Juda:

33. et revertetur sanguis illorum in caput Joab, et in caput seminis ejus in sempiternum. David autem et semini ejus, et domui, et throno illius sit pax usque in æternum a Domino.

34. Ascendit itaque Banajas filius Jojadæ, et aggressus eum interfecit; sepultusque est in domo sua in deserto.

Digitized by Google

35. E il re fece Banaia figliuolo di Ioiada sopra lo esercito per Ioab, e Sadoc puose sacerdote per Abiatar.

36. E mandò il re, e chiamò Semei, e dissegli così: fa che tu edifichi a te casa in Ierusalem, e abita quivi, e non andare là e qua.

37. Però che qualunque dì uscirai, e passerai il fiume di Cedron, sappi che tu sarai morto; il tuo sangue sarà sopra il capo tuo.

38. E Semei disse al re: buona è la parola del re; sì come ha detto il mio signore re, così farà il servo tuo. E abitò Semei in Ierusalem molti dì.

39. E dopo tre anni intervenne che i servi di Semei fuggirono ad Achis figliuolo di Maaca re di Get; e fu detto a Semei, che i servi suoi erano fuggiti in Get.

40. E Semei levandosi acconciò l' asino suo, e andò in Get ad Achis a domandare i servi suoi, e rimenogli di Get.

35. Et constituit rex Banajam, filium Jojadæ, pro eo super exercitum, et Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.

36. Misit quoque rex, et vocavit Semei, dixitque ei: Aedifica tibi domum in Jerusalem, et habita ibi: et non egredieris inde huc atque illuc.

37. Quacunque autem die egressus fueris, et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum: sanguis tuus erit super caput tuum.

38. Dixitque Semei regi: Bonus sermo: sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus. Habitavit itaque Semei in Jerusalem diebus multis.

39. Factum est autem post annos tres, ut fugerent servi Semei ad Achis filium Maacha regem Geth; nuntiatumque est Semei, quod servi ejus essent in Geth.

40. Et surrexit Semei, et stravit asinum suum, ivitque ad Achis in Geth ad requirendum servos suos, et adduxit eos de Geth.

Digitized by Google

41. E fue significato a Salomone, che Semei era andato di Ierusalem in Get, e si era tornato.

42. E mandò il re a chiamarlo, e sì li disse: non ti ho protestato invocando Iddio, e hotti predetto: qualunque dì tu anderai là o qua, tu saresti morto? e tu rispondesti: la parola ch' io ho udita buona è.

43. E tu dunque perchè non osservasti il giuramento del Signore, ch' io t' avea comandato?

44. E disse il re a Semei: tu sai tutto il male che tu facesti al mio padre David; il tuo cuore il sa bene; Iddio hae renduto nel tuo capo la malizia tua.

45. E *il re Salomone sarà benedetto, e la sedia di* David sarà istabile nel cospetto di Dio in sempiterno.

46. E comandò il re a Banaia figliuolo di Ioiada; il quale assalitolo, il ferì; e fu morto.

41. Nuntiatum est autem Salomoni, quod isset Semei in Geth de Jerusalem, et rediisset.

42. Et mittens vocavit eum, dixitque illi: Nonne testificatus sum tibi per Dominum, et prædixi tibi: Quacunque die egressus ieris huc et illuc, scito te esse moriturum? Et respondisti mihi: Bonus sermo, quem audivi.

43. Quare ergo non custodisti jusjurandum Domini, et præceptum, quod præceperam tibi?

44. Dixitque rex ad Semei: Tu nosti omne malum, cujus tibi conscium est cor tuum, quod fecisti David patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum.

45. Et rex Salomon benedictus, et thronus David erit stabilis coram Domino usque in sempiternum.

46. Jussit itaque rex Banajæ filio Jojadæ, qui egressus percussit eum; et mortuus est.

Digitized by Google

CAPO III.

1. E fu confermato il regno nelle mani di Salomone, e fu congiunto di parentado con Faraone re d' Egitto; però che tolse la sua figliuola, e menolla nella città di David, tanto che finirono di edificare la casa sua, e la casa di Dio, e il muro dintorno a Ierusalem.

2. Ma il popolo sacrificava nelle luogora alte; però che insino a quello tempo non era edificato il tempio di Dio.

3. E Salomone amò il Signore, andando per gli comàndamenti di David suo padre, fuori ch' egli sacrificava nell' alte luogora, e accendeva il timiama.

4. E andossene in Gabaon per farvi sacrificio, però che ivi è altezza grandissima; e offerse Salomone sopra quello altare in Gabaon mille ostie.

CAPUT III.

1. Confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, et affinitate conjunctus est Pharaoni, regi Aegypti; accepit namque filiam ejus, et adduxit in civitatem David, donec compleret ædificans domum suam, et domum Domini, et murum Jerusalem per circuitum.

2. Attamen populus immolabat in excelsis; non enim ædificatum erat templum nomini Domini, usque in diem illum.

3. Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris sui, excepto, quod in excelsis immolabat, et accendebat thymiama.

4. Abiit itaque in Gabaon, ut immolaret ibi, illud quippe erat excelsum maximum; mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon.

Digitized by Google

5. E la notte in sonno Dio apparve a Salomone, e disse: domanda ciò che tu vuogli, ch' io ti dea.

6. E disse Salomone: tu facesti col tuo servo mio padre David grande misericordia, secondo che egli andò nel tuo cospetto in verità e giustizia e con diritto cuore teco; e tu gli servasti la tua grande misericordia, e desti a lui figliuolo il quale sedesse sopra la sedia sua, sì come è oggi.

7. E ora, Signore Iddio, tu hai fatto regnare il tuo servo per lo mio padre David; e io sono giovane piccolo, e non so il mio entramento nè il mio uscimento.

8. E il tuo servo è nel mezzo del popolo il quale tu hai eletto, il quale per la moltitudine non si può numerare.

9. E però darai al tuo servo il cuore intendente, acciò che possa giudicare il tuo popolo, e discernere tra il bene e il male; e chi potrà giudicare cotanto popolo?

5. Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula, quod vis, ut dem tibi.

6. Et ait Salomon: Tu fecisti cum servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate, et justitia, et recto corde tecum: custodisti ei misericordiam tuam grandem, et dedisti ei filium sedentem super thronum ejus, sicut est hodie.

7. Et nunc, Domine Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro David patre meo: ego autem sum puer parvulus, et ignorans egressum, et introitum meum.

8. Et servus tuus in medio est populi, quem elegisti, populi, infiniti, qui numerari et supputari non potest præ multitudine.

9. Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, et discernere inter bonum et malum: quis enim poterit judicare populum istum, populum tuum hunc multum?

Digitized by Google

10. E piacque nel cospetto di Dio questo sermone, cioè che Salomone domandasse così fatta cosa.

11. E disse Iddio a Salomone: però che tu hai domandata questa cosa, non domandasti molti dì, nè ricchezze, nè l' anima degli tuoi nemici, ma domandasti sapienza per discernere il giudicio;

12. ecco ch' io ho fatto secondo la tua parola, e hotti dato il cuore savio e intendente, che innanzi a te non fu simile a te, e non sarà dopo te.

13. E anco queste cose, che tu non domandasti, io le t' ho date, cioè ricchezze e gloria, sì che tra tutti i re non fu mai simile a te.

14. Se tu anderai per le mie vie, e osserverai gli miei comandamenti, sì come fece il tuo padre David, io farò lunghi gli dì tuoi.

15. E Salomone si desedò, e cognobbe ch' era istato sogno; e venuto lui in Ierusalem, istette dinanzi all' arca del patto di Dio, e offerse olocausti

10. Placuit ergo sermo coram Domino, quod Salomon postulasset hujuscemodi rem.

11. Et dixit Dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, et non petisti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum judicium:

12. ecce feci tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum, ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit.

13. Sed et hæc, quæ non postulasti, dedi tibi, divitias scilicet, et gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus.

14. Si autem ambulaveris in viis meis, et custodieris præcepta mea, et mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.

15. Igitur evigilavit Salomon, et intellexit, quod esset

Digitized by Google

e pacifiche vittime, e fece grande convito a tutti servi suoi.

16. E allora vennero due femine meretrici al re Salomone, e istettero dinanzi [a lui].

17. Delle quali l' una dicea: signore mio, io ti priego; io e questa femina abitavamo in una casa, e io istando con esso lei, partorii uno fanciullo.

18. E il terzo dì poi ch' io ebbi partorito, costei *ne partorì un altro; e costei ed* io ci radunammo insieme, e niuno altro con esso noi, se non noi due sole.

19. E la notte morìo il figliuolo di costei; però che dormendo l' affogò.

20. E levandosi nel silenzio della profonda notte, costei tolsemi il mio figliuolo delle braccia; e il suo figliuolo, ch' era morto, puose nelle braccia mie.

21. E levandomi io la mattina per dare suggere al mio figliuolo, apparve ch' era morto; e veggen-

somnium; cumque venisset Jerusalem, stetit coram arca fœderis Domini, et obtulit holocausta, et fecit victimas pacificas, et grande convivium universis famulis suis.

16. Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steteruntque coram eo,

17. quarum una ait: Obsecro, mi domine: ego et mulier hæc habitabamus in domo una, et peperi apud eam in cubiculo.

18. Tertia autem die, postquam ego peperi, peperit et hæc: et eramus simul, nullusque alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus.

19. Mortuus est autem filius mulieris hujus nocte: dormiens quippe oppressit eum.

20. Et consurgens intempestæ noctis silentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, et collocavit in sinu suo: suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo.

21. Cumque surrexissem mane, ut darem lac filio meo,

Digitized by Google

dolo, ch' era ischiarata la luce, diligentemente, viddi che non era il mio, il quale io avea partorito.

22. E l' altra femina respuose, e disse: non è così, ma il tuo figliuolo è morto, e il mio è vivo. E l' altra dicea dirincontro: tu menti, però che il mio figliuolo è vivo, e il tuo sì è morto. E in questo modo contendeano dinanzi al re.

23. E il re disse: costei dice: il mio figliuolo è vivo, e il tuo è morto; e questa responde: no; ma il tuo è morto, e il mio figliuolo è vivo.

24. E disse il re: datemi uno coltello. E portato il coltello dinanzi al re,

25. disse: dividete il fanciullo vivo in due parti, e date la metà all' una, e l' altra metà all' altra.

26. E la femina, di cui era il figliuolo vivo, disse al re; però che il cuore gli era commosso per lo suo figliuolo: signore, io vi priego che voi diate a costei il fanciullino vivo, e non lo uccidete. E

apparuit mortuus, quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meum, quem genueram.

22. Responditque altera mulier: Non est ita, ut dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit. E contrario illa dicebat: Mentiris: filius quippe meus vivit, et filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege.

23. Tunc rex ait: Hæc dicit: Filius meus vivit, et filius tuus mortuus est. Et ista respondit: Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit.

24. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladium. Cumque attulissent gladium coram rege,

25. dividite, inquit, infantem vivum in duas partes, et date dimidiam partem uni, et dimidiam partem alteri.

26. Dixit autem mulier, cujus filius erat vivus, ad regem (commota sunt quippe viscera ejus super filio suo): Obsecro, domine, date illi infantem vivum, et nolite interficere eum. E contrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur.

Digitized by Google

l' altra dicea il contrario: non sia dato nè a me nè a te, anzi sia partito.

27. Allora il re disse: date a costei il fanciullino vivo, e non sia morto; però che questa sì è la sua madre.

28. E tutto Israel intese il giudicio, il quale il re Salomone avea giudicato; e temettero il re, veggendo ch' era in lui la sapienza di Dio a fare i giudicii.

CAPO IIII.

1. E il re Salomone regnava sopra tutto Israel.

2. E questi sono i prìncipi ch' egli avea: Azaria figliuolo di Sadoc sacerdote;

3. Elioref e Aia figliuoli di Sisa iscrivani; Iosafat figliuolo di Ailud descrittore delle croniche;

4. Banaia figliuolo di Ioiada sopra lo esercito; e Sadoc e Abiatar erano sacerdoti.

27. Respondit rex, et ait: Date huic infantem vivum, et non occidatur: hæc est enim mater ejus.

28. Audivit itaque omnis Israel judicium, quod judicasset rex; et timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum judicium.

CAPUT IV.

1. Erat autem rex Salomon regnans super omnem Israel,

2. et hi principes, quos habebat: Azarias, filius Sadoc sacerdotis;

3. Elihoreph et Ahia, filii Sisa scribæ; Josaphat, filius Ahilud, a commentariis;

4. Banajas, filius Jojadæ super exercitum: Sadoc autem, et Abiathar sacerdotes.

Digitized by Google

5. E Azaria figliuolo di Natan sopra coloro che istavano con esso il re; Zabud figliuolo di Natan sacerdote, amico del re;

6. E Aisar era preposto della casa (di Dio); e Adoniram figliuolo di Abda sopra li tributi.

7. E avea Salomone XII preposti (ovvero capitani) sopra la casa d' Israel, li quali davano la vittovaglia al re e a tutta la sua casa; ciascuno mese dell' anno ministravano tutte cose ch' erano bisogno.

8. E questi sono i nomi loro: Benur nel monte d' Efraim;

9. Bendecar in Macces e in Salebim e in Betsames e in Elon e in Betanan;

10. Beneset in Arubot, del qual era Soco con tutta la terra di Efer;

11. Benabinadab, del quale era tutta Nefatdor, e avea per moglie Tafet figliuola di Salomone;

12. Bana figliuolo di Ailud reggea Tanac e Mageddo e tutta Betsan, la quale è presso a Sartana

5. Azarias, filius Nathan, super eos qui assistebant regi; Zabud, filius Nathan sacerdos, amicus regis;

6. et Ahisar, præpositus domus; et Adoniram, filius Abda, super tributa.

7. Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi et domui ejus; per singulos enim menses in anno singuli necessaria ministrabant.

8. Et hæc nomina eorum: Benhur, in monte Ephraim;

9. Bendecar, in Macces et in Salebim et in Bethsames et in Elon et in Bethanan;

10. Benhesed, in Aruboth, ipsius erat Socho et omnis terra Epher;

11. Benabinadab, cujus omnis Nephath-dor, Tapheth filiam Salomonis habebat uxorem;

12. Bana, filius Ahilud, regebat Thanac et Mageddo et universam Bethsan, quæ est juxta Sarthana subter Jezrahel, a Bethsan usque Abelmehula e regione Jecmaan.

Digitized by Google

sotto Iezrael, di Betsan insino ad Abelmeula dalle parti di Iecmaan;

13. Bengaber, in Ramot di Galaad, avea Avotiair figliuolo di Manasse in Galaad, ed egli era preposto in tutta la terra di Argob, la quale è in Basan, sessanta cittadi grandi e murate, le quali avean le stanghe di metallo;

14. Abinadab figliuolo di Addo era preposto in Manaim;

15. [Achimaas in Neftali], e avea Batsemat figliuola di Salomone per moglie;

16. Baana figliuolo di Usi in Aser e in Balot;

17. Iosafat figliuolo di Farua in Issacar;

18. Semei figliuolo di Ela in Beniamin;

19. Gaber figliuolo di Uri nella terra di Galaad, nella terra di Seon re degli Amorrei e di Og re di Basan, sopra tutte le cose ch' erano in quella terra.

20. Giuda e Israel erano innumerabili, sì come l' arena ch' è alla riva del mare, per la sua moltitudine; e mangiavano e beveano con letizia.

13. Bengaber, in Ramoth Galaad, habebat Avothjair filii Manasse in Galaad, ipse præerat in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta civitatibus magnis atque muratis, quæ habebant seras æreas.

14. Abinadab, filius Addo, præerat in Manaim.

15. Achimaas, in Nephthali, sed et ipse habebat Basemath filiam Salomonis in conjugio;

16. Baana, filius Husi, in Aser et in Baloth;

17. Josaphat, filius Pharue, in Issachar;

18. Semei, filius Ela, in Benjamin;

19. Gaber, filius Uri, in terra Galaad, in terra Sehon regis Amorrhæi et Og regis Basan, super omnia, quæ erant in illa terra.

20. Juda et Israel innumerabiles, sicut arena maris in multitudine; comedentes et bibentes atque lætantes.

Digitized by Google

21. E Salomone in podestade avea tutti i reami, dal fiume della terra de' Filistei insino al termine d' Egitto; li quali gli offereano doni, e serviangli tutto il tempo della sua vita.

22. Ed era il cibo (della corte) di Salomone, per ciascuno dì, misure XXX di fiore di farina, e sessanta cori di farina,

23. e X buoi grassi, e XX buoi giovani di pascolo, e C montoni, sanza la cacciagione de' cervi, de' cavrioli, de' bufali, sanza l' uccellagione degli uccelli.

24. Ed egli tenea tutto il paese il quale era oltre il fiume, da Tafsa insino a Gaza, e tenea tutti i re di quelle terre; e avea pace dintorno da ogni parte.

25. E Giuda e Israel abitavano senza niuna paura, ciascuno sotto la sua vite e sotto il suo fico, da Dan insino a Bersabee, tutto il tempo di Salomone.

21. Salomon autem erat in ditione sua, habens omnia regna a flumine terræ Philisthiim usque ad terminum Aegypti, offerentium sibi munera, et servientium ei cunctis diebus vitæ ejus.

22. Erat autem cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ, et sexaginta cori farinæ,

23. decem boves pingues, et viginti boves pascuales, et centum arietes, excepta venatione cervorum, caprearum, atque bubalorum, et avium altilium.

24. Ipse enim obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flumen, a Thaphsa usque ad Gazan, et cunctos reges illarum regionum; et habebat pacem ex omni parte in circuitu.

25. Habitabatque Juda et Israel absque timore ullo, unusquisque sub vite sua et sub ficu sua, a Dan usque Bersabee, cunctis diebus Salomonis.

Digitized by Google

26. *E avera Salomone* quaranta migliaia di mangiatoie di cavalli da carri, e XII milia da cavalieri.

27. E i preposti, che detti sono, [li] governavano; e quelle cose che gli erano bisogno alla mensa di Salomone con grande diligenza e cura ministravano.

28. (Nel tempo convenevole) l' orzo e la paglia per gli cavalli, e per l' altre bestie da portare, portavano là ovunque era il re (d'andare), sì come era loro ordinato.

29. E Iddio diede a Salomone sapienza e prudenza molto troppo, e larghezza di cuore, sì come l' arena che è al lito del mare.

30. E la sapienza di Salomone passava la sapienza di tutti quelli d' Oriente e di tutti quelli di Egitto.

31. Ed era più savio di tutti gli uomini; (ed era) più savio che Etan di Ezrai, e che Eman e Calcol e Dorda figliuoli di Maol; ed era nominato tra tutte le genti dintorno.

26. Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium, et duodecim millia equestrium.

27. Nutriebantque eos supradicti regis præfecti: sed et necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo.

28. Hordeum quoque, et paleas equorum et jumentorum deferebant in locum, ubi erat rex, juxta constitutum sibi.

29. Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis quasi arenam, quæ est in littore maris.

30. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientalium et Aegyptiorum,

31. et erat sapientior cunctis hominibus; sapientior Ethan Ezrahita et Heman et Chalcol et Dorda, filiis Mahol; et erat nominatus in universis gentibus per circuitum.

Digitized by Google

32. E disse Salomone III milia proverbii; e furono i suoi versi V e M.

33. E disputò de' legni, dal cedro il quale è nel Libano insino all' isopo che nasce del muro; e trattò degli animali e delli volatili e delli rettili e de' pesci.

34. E di tutti i popoli veniano ad udire la sapienza di Salomone, e di tutti i re i quali udivano la sapienza di Salomone.

CAPO V.

1. E Iram re di Tiro mandò gli suoi servi al re Salomone, avendo udito che l' aveano unto re per lo suo padre; però che Iram era istato tuttavia amico di David.

2. E Salomone mandò a dire ad Iram:

32. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas; et fuerunt carmina ejus quinque et mille.

33. Et disputavit super lignis a cedro, quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete; et disseruit de jumentis et volucribus et reptilibus et piscibus.

34. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, et ab universis regibus terræ, qui audiebant sapientiam ejus.

CAPUT V.

1. Misit quoque Hiram, rex Tyri, servos suos ad Salomonem; audivit enim, quod ipsum unxissent regem pro patre ejus: quia amicus fuerat Hiram David omni tempore.

2. Misit autem Salomon ad Hiram, dicens:

Digitized by Google

3. Tu sai la volontà di David mio padre, e ch' egli non poteo edificare la casa al nome di Dio per le guerre ch' ebbe dintorno, insino che Dio gli diede sotto i suoi piedi.

4. Ora il mio Signore Iddio mandò pace dintorno; e non ci è Satana, nè altra mala cosa.

5. Io penso edificare uno tempio al nome di Dio mio Signore, sì come egli disse a David mio padre: il tuo figliuolo, il quale io darò per te sopra la sedia tua, egli edificherà il tempio al mio nome.

6. Onde comanda gli servi tuoi, che taglin gli cedri del monte Libano, e siano i servi tuoi con i servi miei; e la mercede de' servi tuoi io darò a te, qualunque tu comanderai; però che tu sai che nel mio popolo non è uomo che sappia tagliare legna, come sanno gli Sidonii.

7. E udite Iram le parole di Salomone, rallegrossi molto, e disse: benedetto il Signore Iddio

3. Tu scis voluntatem David patris mei, et quia non potuerit ædificare domum nomini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus.

4. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum: et non est satan, neque occursus malus.

5. Quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, sicut locutus est Dominus David patri meo, dicens: Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.

6. Præcipe igitur, ut præcidant mihi servi tui cedros de Libano, et servi mei sint cum servis tuis: mercedem autem servorum tuorum dabo tibi quamcunque petieris: scis enim, quomodo non est in populo meo vir, qui noverit ligna cædere, sicut Sidonii.

7. Cum ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, et ait: Benedictus Do-

Digitized by Google

oggi, il quale ha dato a David figliuolo sapientissimo sopra questo grande popolo.

8. E mandò Iram a Salomone, dicendo: io farò tutta la volontà tua nel legno del cedro e dell' abeto.

9. E i servi miei li porteranno del monte Libano insino al mare; e io gli farò porre in mare ne' legni, insino al luogo che tu assegnerai a me; e porterolli insino ivi, e tu gli torrai indi; e tu mi darai quelle cose che mi sono bisogno per pascere la mia casa.

10. E per questo modo Iram dava a Salomone il legname del cedro e dell' abeto, secondo la sua volontà.

11. E Salomone diede ad Iram XX milia cori di grano, perchè governasse la sua casa, e XX cori di purissimo olio; e questo dava Salomone ad Iram ogni anno.

12. E diede il Signore a Salomone la sapienza, sì come gli avea detto; ed era pace tra Salomone e Iram, e fecero patto insieme.

minus Deus hodie, qui dedit David filium sapientissimum super populum hunc plurimum.

8. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: Audivi, quæcumque mandasti mihi: ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis et abiegnis.

9. Servi mei deponent ea de Libano ad mare: et ego componam ea in ratibus in mari usque ad locum, quem significaveris mihi: et applicabo ea ibi, et tu tolles ea; præbebisque necessaria mihi, ut detur cibus domui meæ.

10. Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, et ligna abiegna, juxta omnem voluntatem ejus.

11. Salomon autem præbebat Hiram coros tritici viginti millia in cibum domui ejus, et viginti coros purissimi olei; hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos.

12. Dedit quoque Dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei; et erat pax inter Hiram et Salomonem, et percusserunt ambo fœdus.

Digitized by Google

13. E di tutto Israel Salomone elesse operai, ed erano scritti operai XXX milia.

14. E mandava al Libano di loro ogni mese Salomone X milia, sì che ciascuno era in casa sua due mesi, sì come toccava; e sopra questa scrittura era uno che avea nome Adoniram.

15. E avea Salomone LXX milia di quelli che portavano i pesi, e LXXX [milia] d' uomini tagliatori ne' monti,

16. sanza i soprastanti ch' erano deputati a diverse opere, i quali erano per numero III milia CCC, i quali comandavano al popolo e a quelli che facevano l' opere.

17. Comandò Salomone, che togliessono pietre grandi e pietre preziose per lo fondamento del tempio, e che le quadrassero.

18. Le quali dolarono i maestri di Salomone e d' Iram: e quelli dell' isola di Giblos apparecchiarono legnami [e pietre] per edificare la casa di Dio.

13. Elegitque rex Salomon operarios de omni Israel, et erat indictio triginta milia virorum.

14. Mittebatque eos in Libanum, decem millia per menses singulos vicissim, ita ut duobus mensibus essent in domibus suis; et Adoniram erat super hujuscemodi indictione.

15. Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum, qui onera portabant, et octoginta millia latomorum in monte;

16. absque præpositis, qui præerant singulis operibus, numero trium millium, et trecentorum præcipientium populo et his, qui faciebant opus.

17. Præcepitque rex, ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, et quadrarent eos;

18. quos dolaverunt cæmentarii Salomonis et cæmentarii Hiram; porro Giblii præparaverut ligna et lapides ad ædificandam domum.

Digitized by Google

CAPO VI.

1. E nel CCCC LXXX anno che i figliuoli d' Israel uscirono della terra d' Egitto, nel quarto anno, nel mese[zio] (cioè maggio), il quale è il secondo mese, del re[gno di] Salomone sopra Israel, intervenne che Salomone incominciò ad edificare la casa di Dio.

2. E la casa, che Salomone edificava al Signore, era LX gomitali lunga, e venti larga (secondo la misura della larghezza), e trenta alta.

3. E portichi erano dinanzi al tempio, XX gomiti di lunghezza, secondo la misura della larghezza del tempio; e aveano di larghezza X gomiti dinanzi alla faccia del tempio.

4. E fece nel tempio finestre larghe dalla parte di dentro.

5. E sopra le mura del tempio edificò pareti di tavole d' intorno, e in li pareti della casa per il

CAPUT VI.

1. Factum est ergo quadringentesimo et octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus), regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domino.

2. Domus autem, quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, et viginti cubitos in latitudine, et triginta cubitos in altitudine.

3. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, juxta mensuram latitudinis templi; et habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi.

4. Fecitque in templo fenestras obliquas.

5. Et ædificavit super parietem templi tabulata per gy-

Digitized by Google

circuito del tempio, e all' oratorio, e d' intorno fece làtora.

6. Il tavolato, che era di sotto, era largo cinque gomiti, e quello di mezzo sei, e il terzo sette; e travi nella casa puose di fuori per circuito, sì che non toccassero il muro del tempio.

7. Ed edificandosi la casa, fu edificata di pietre dolate e lavorate; nè martello nè iscure nè veruno altro ferramento fu udito nel tempio, quando si edificava.

8. L' uscio del lato di mezzo era nella parte destra della casa; e ascendevano al mezzo del cenacolo per una scala in modo di lumaca, e da quello di mezzo nel terzo.

9. Ed edificò la casa e fornilla; e coperse la casa di dentro di copritura di cedro.

10. Ed edificò uno tavolato sopra tutta la casa, di cinque gomiti alto; e coperse la casa di legno di cedro.

rum in parietibus domus per circuitum templi et oraculi, et fecit latera in circuita.

6. Tabulatum, quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, et medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, et tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, ut non hærerent muris templi.

7. Domus autem, cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est; et malleus, et securis, et omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur.

8. Ostium lateris medii in parte erat domus dextræ; et per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, et a medio in tertium.

9. Et ædificavit domum, et consummavit eam; texit quoque domum laquearibus cedrinis.

10. Et ædificavit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis, et operuit domum lignis cedrinis.

Digitized by Google

11. E fu fatto il sermone di Dio a Salomone, e disse:

12. Questa casa che tu edifichi, se tu anderai per li miei comandamenti, e farai gli miei giudicii, e serverai gli miei comandamenti, io fermarò a te la parola ch' io dissi a tuo padre.

13. E abiterò nel mezzo del mio popolo Israel, e non abbandonerò Israel mio popolo.

14. Or edificò Salomone la casa, e fornilla.

15. E vestio dentro le mura di tavole di cedro, dallo spazzo insino al sommo delle mura; e insino al coprimento coperse dentro di legni [di cedro]; e coperse lo spazzo della casa di tavole d' abeto.

16. E dalla parte di retro del tempio edificò uno tavolato di cedro di XX gomiti, dallo spazzo insino al sommo; e la casa dentro dello oratorio fece per SANCTA SANCTORUM.

17. Ed era il tempio, dinanzi alla porta dello oratorio, quaranta gomiti.

11. Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens:

12. Domus hæc, quam ædificas, si ambulaveris in præceptis meis, et judicia mea feceris, et custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea: firmabo sermonem meum tibi, quem locutus sum ad David patrem tuum.

13. Et habitabo in medio filiorum Israel, et non derelinquam populum meum Israel.

14. Igitur ædificavit Salomon domum, et consummavit eam.

15. Et ædificavit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis a pavimento domus usque ad summitatem parietum, et usque ad laquearia operuit lignis cedrinis intrinsecus; et texit pavimentum domus tabulis abiegnis.

16. Aedificavitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina a pavimento usque ad superiora; et fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum.

17. Porro quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi.

Digitized by Google

18. E tutta la casa era vestita dentro di cedro, e avea le sue tornature e giunture lavorate sottilmente, e le imagini (e pitture) eminenti (e alte); e tutte erano vestite di cedro; e non si potea vedere pietra nessuna nelle mura.

19. Ed era fatto l' oratorio nel mezzo della casa dal lato dentro, nella quale si ponesse l' arca del patto di Dio.

20. E l' oracolo era lungo XX gomitali, e XX largo, ed alto XX; e coverselo e vestillo d' oro purissimo; e l' altare vestio di cedro.

21. E la casa, dinanzi all' oratorio, vestio d' oro purissimo; e le piastre dell' oro conficcò con aguti d' oro.

22. E non era cosa niuna nel tempio, che non fosse vestita d' oro; e tutto l' altare dello oracolo coperse d' oro.

23. E fece nell' oratorio due cherubini di legno d' olivo, alti X gomitali.

18. Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas et juncturas suas fabrefactas et cælaturas eminentes; omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

19. Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini.

20. Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis et viginti cubitos latitudinis, et viginti cubitos altitudinis; et operuit illud atque vestivit auro purissimo; sed et altare vestivit cedro.

21. Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, et affixit laminas clavis aureis.

22. Nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur; sed et totum altare oraculi texit auro.

23. Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis.

Digitized by Google

24. Di cinque cubiti era una ala di uno cherubino, e di cinque cubiti era l' altra ala del cherubino; cioè ch' era della sommità dell' una ala alla sommità dell' altra ala X gomitali.

25. E il secondo cherubino era X gomitali, d' eguale misura; e d' uno medesimo lavorio era amendui gli cherubini;

26. cioè che X gomiti era alto l' uno cherubino, e somigliantemente il secondo cherubino.

27. E puose questi cherubini nel mezzo della casa dentro; e stendea l' uno cherubino l' ale, e toccava l' uno delle mura con l' una dell' ale; e l' ala dell' altro toccava l' altro muro; e l' ale d' amendue nel mezzo del tempio toccavasi l' una l' altra.

28. E coperse li cherubini d' oro.

29. E tutte le mura del tempio dintorno sì lavorò . . . . . di diverse dipinture rilevate, quasi come uscissero delle mura.

24. Quinque cubitorum ala Cherub una, et quinque cubitorum ala Cherub altera; id est, decem cubitos habentes, a summitate alæ unius usque ad alæ alterius summitatem.

25. Decem quoque cubitorum erat Cherub secundus, in mensura pari; et opus unum erat in duobus Cherubim,

26. id est, altitudinem habebat unus Cherub decem cubitorum, et similiter Cherub secundus.

27. Posuitque Cherubim in medio templi interiori; extendebant autem alas suas Cherubim, et tangebat ala una parietem, et ala Cherub secundi tangebat parietem alterum; alæ autem alteræ in media parte templi se invicem contingebant.

28. Texit quoque Cherubim auro.

29. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis et torno; et fecit in eis Cherubim et palmas et picturas varias, quasi prominentes de pariete et egredientes.

Digitized by Google

30. E lo spazzo della casa coperse d' oro dentro e di fuori.

31. E nell' entrata dell' oratorio fece due uscietti di legno d' ulivo; e cinque entrate fece nei canti,

32. e due usci di legno d' ulivo; e intagliò in essi le imagini de' cherubini, e similitudini di palme, e imagini molto iscolpite; e tutte le coperse d' oro; e coperse i cherubini e le palme e le sculture d' oro.

33. E fece nell' entrata del tempio uscietti di legno d' ulivo a quattro canti,

34. e due uscioli di legno d' abeto da lato; e ciascuno uscio era doppio, e tenendo l' uno l' altro s' aprìa.

35. E intagliò gli cherubini e palme molto iscolpite; e tutte coperse di piastre d' oro, d' opera quadrata a regolo.

36. E dentro edificò una casa, con tre ordini di pietre polite, e con uno ordine di legno di cedro.

37. Il quarto anno fu fondata la casa del Signore del mese di maggio.

30. Sed et pavimentum domus texit auro intrinsecus et extrinsecus.

31. Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis olivarum, postesque angulorum quinque.

32. Et duo ostia de lignis olivarum, et sculpsit in eis picturam Cherubim et palmarum species et anaglypha valde prominentia, et texit ea auro; et operuit tam Cherubim quam palmas et cetera auro.

33. Fecitque in introitu templi postes de lignis olivarum quadrangulatos;

34. et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus; et utrumque ostium duplex erat, et se invicem tenens aperiebatur.

35. Et sculpsit Cherubim et palmas et cælaturas valde eminentes; operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam.

36. Et ædificavit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, et uno ordine lignorum cedri.

37. Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio;

Digitized by Google

38. E l' undecimo anno, del mese d' ottobre; questo è il mese ottavo; fu compiuta la casa con tutto il suo vasellamento; e bastò il lavorare sette anni.

CAPO VII.

1. E la casa sua Salomone fece in XIII anni. e recolla a perfezione.

2. Ed edificò la casa del bosco del Libano, cento gomitali lunga, e L larga, e trenta alta; e fece quattro andamenti tra colonne di cedro; però che avea tagliati i cedri per colonne.

3. E tutta la camera vestio di tavole di cedro, la quale era posta in quaranta e cinque colonne; e uno ordine avea colonne XV,

4. poste l' una rimpetto all' altra,

38. et in anno undecimo, mense Bul (ipse est mensis octavus) perfecta est domus in omni opere suo, et in universis utensilibus suis; ædificavitque eam annis septem.

CAPUT VII.

1. Domum autem suam ædificavit Salomon tredecim annis, et ad perfectum usque perduxit.

2. Aedificavit quoque domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis, et quinquaginta cubitorum latitudinis, et triginta cubitorum altitudinis; et quatuor deambulacra inter columnas cedrinas; ligna quippe cedrina exciderat in columnas.

3. Et tabulatis cedrinis vestivit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur. Unus autem ordo habebat columnas quindecim

4. contra se invicem positas,

Digitized by Google

5. e guatando l' una l' altra; ed eguale spazio era tra l' una colonna e l' altra; e sopra le colonne erano legni a quattro canti per tutto uguali insieme.

6. E fece uno portico di colonne, [lungo] quaranta gomitali, e largo trenta: e fece uno altro portico nella faccia del maggior portico; e colonne, e capitegli sopra le colonne fece.

7. E uno altro portico fece dov' era la sedia della ragione; e coperse di legno di cedro dallo spazzo insino alla sommità.

8. E la casellina, nella quale si sedesse a rendere la ragione, era nel mezzo del portico, della somigliante opera. E fece una casa alla figliuola di Faraone, la quale avea per moglie, di tale lavorio come era il detto portico.

9. Tutto di pietre preziose, tratte a regola e a misura, dentro e di fuori, dal pavimento insino alla sommità delle mura, e dentro insino al palagio maggiore.

5. et e regione se respicientes, æquali spatio inter columnas, et super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia.

6. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, et triginta cubitorum latitudinis; et alteram porticum in facie majoris porticus; et columnas, et epistylia super columnas.

7. Porticum quoque solii, in qua tribunal est, fecit; et texit lignis cedrinis a pavimento usque ad summitatem.

8. Et domuncula, in qua sedebatur ad judicandum, erat in media porticu simili opere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (quam uxorem duxerat Salomon) tali opere, quali et hanc porticum.

9. Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quam extrinsecus serrati erant; a fundamento usque ad summitatem parietum, et extrinsecus usque ad atrium majus.

Digitized by Google

10. E le fondamenta erano di pietre preziose, di X gomitali l' una, ovvero di otto.

11. Di sopra erano pietre preziose di quella misura medesima, e somigliantemente del cedro.

12. E la casellina maggiore era ritonda, e avea tre ordini di pietre lavorate, e uno ordine di cedro dolato; e nella casellina, ch' era dentro nella casa di Dio, e nel portico della detta casa.

13. E mandò il re Salomone, e tolse di Tiro Iram,

14. figliuolo d' una femina vedova della tribù di Neftali, artefice di metallo, pieno di sapienza e d' intelligenza e di dottrina a fare ogni (cosa e ogni) lavorìo di metallo. Il quale venuto al re Salomone, e' fece tutto il suo lavorìo.

15. E fece due colonne di metallo; di diciotto gomitali era alta una colonna; e duodeci gomitali girava dintorno l' una e l' altra colonna.

10. Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decem sive octo cubitorum.

11. Et desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant, similiterque de cedro.

12. Et atrium majus rotundum trium ordinum de lapidibus sectis et unius ordinis de dolata cedro; nec non et in atrio domus Domini interiori, et in porticu domus.

13. Misit quoque rex Salomon, et tulit Hiram de Tyro,

14. filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium, et plenum sapientia et intelligentia et doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cum venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus ejus.

15. Et finxit duas columnas æreas, decem et octo cubitorum altitudinis columnam unam; et linea duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque.

Digitized by Google

16. E fece due capitelli, per porre sopra le colonne, di metallo colati; ed era alto l' uno capitello cinque gomitali, e l' altro capitello di cinque gomitali.

17. Ed erano lavorati di maravigliosa opera, quasi in modo di una rete e di catene; e l' uno e l' altro de' capitelli erano colati; sette ordini di reticelle diverse in uno capitello, e sette nell' altro.

18. E fornì le colonne in due ordini di reticelle [con] le quali coperse gli capitelli, li quali erano sopra la sommità delle melegranate. E così fece il secondo capitello.

19. Li capitelli sopra le colonne erano di lavorìo a modo di gigli nel portico di quattro gomitali.

20. E anche altri capitelli in suso le colonne secondo la misura delle colonne contro alle reticelle; intorno al secondo capitello erano ducento ordini di melegranate.

16. Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære; quinque cubitorum altitudinis capitellum unum, et quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum;

17. et quasi in modum retis, et catenarum sibi invicem miro opere contextarum. Utrumque capitellum columnarum fusile erat: septena versuum retiacula in capitello uno, et septena retiacula in capitello altero.

18. Et perfecit columnas et duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum, ut tegerent capitella, quæ erant super summitatem malogranatorum; eodem modo fecit et capitello secundo.

19. Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant in porticu quatuor cubitorum.

20. Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper juxta mensuram columnæ contra retiacula; malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi.

Digitized by Google

21. E puose quelle due colonne nel portico del tempio; e posta la colonna destra, puosegli nome Iachin (cioè fermezza); e similmente dirizzò la colonna seconda, e chiamolla Booz (cioè fortezza).

22. E sopra le teste delle colonne puose uno lavorìo a modo di gigli; e fu compiuta l' opere delle colonne.

23. E fece uno mare fonduto, ritondo d' intorno; e dall' uno labbro all' altro era X gomitali, e la sua altezza era V gomitali; a modo d' una fune di XXX gomitali il cignea dintorno.

24. E di sopra l' orlo una opera rilevata cignea il mare di X gomitali; e due ordini di quelle opere rilevate erano fondute.

25. E stavano sopra XII buoi, de' quali tre guatavano ad acquilone, tre ad occidente, tre a mezzodì e tre ad oriente; il mare era di sopra di quelli buoi; la parte di rietro di tutti era nascosta dentro.

21. Et statuit duas columnas in porticu templi; cumque statuisset columnam dexteram, vocavit eam nomine Jachin; similiter erexit columnam secundam, et vocavit nomen ejus Booz.

22. Et super capita columnarum opus in modum lilii posuit; perfectumque est opus columnarum.

23. Fecit quoque mare fusile decem cubitorum a labio usque ad labium rotundum in circuitu: quinque cubitorum altitudo ejus, et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum.

24. Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare; duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles.

25. Et stabat super duodecim boves, e quibus tres respiciebant ad aquilonem, et tres ad occidentem, et tres ad meridiem, et tres ad orientem, et mare super eos desuper erat; quorum posteriora universa intrinsecus latitabant.

Digitized by Google

26. E la grossezza (del lato ovvero) del lutero (cioè uno vaso chiamato così) era di tre oncie; ed era il labbro suo quasi il labbro d' uno calice, e a modo di foglie chinate a terra; e tenea due milia barili (e tre milia metrete).

27. E fece X basi di metallo, ciascuna lunga quattro gomitali, e quattro larga, e tre alta.

28. Ed era il lavorìo delle basi scolpito dentro; ed erano certe scolpiture tra le giunture.

29. E tra le cornette e in li circoli, leoni e buoi e cherubini; e similmente tra le giunture di sopra; e di sotto leoni e buoi, quasi a modo di catene di metallo, pendeano.

30. E in ciascuna base erano quattro ruote. .

. . . . . .

31. E la bocca del lutero era dentro nella sommità del capo; e quello che apparìa di fuori era

26. Grossitudo autem luteris trium unciarum erat; labiumque ejus, quasi labium calicis, et folium repandi lilii: duo millia batos capiebat.

27. Et fecit decem bases æneas, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, et quatuor cubitorum latitudinis, et trium cubitorum altitudinis.

28. Et ipsum opus basium interrasile erat; et sculpturæ inter juncturas.

29. Et inter coronulas et plectas, leones et boves et Cherubim, et in juncturis similiter desuper; et subter leones et boves quasi lora ex ære dependentia.

30. Et quatuor rotæ per bases singulas, et axes ærei; et per quatuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles, contra se invicem respectantes.

31. Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate, et quod forinsecus apparebat, unius cubiti erat totum rotundum, pariterque habebat unum cubitum et dimidium, in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant; et media intercolumnia quadrata, non rotunda.

Digitized by Google

quasi uno gomitale, ed era tutto ritondo; ed era quasi ugualmente uno gomitale e mezzo; e ne' canti delle colonne erano varie figure, e il mezzo tra le colonne quadrato, non ritondo.

32. E le quattro ruote, le quali erano ne' quattro canti della base, [si congiungevano l' una coll' altra]: una delle ruote era alta uno cubito e mezzo.

33. Ed erano le ruote come quelle che [si] suole fare nelle carra; e i mezzi di loro e raggi e canti e mezzoli tutti erano fonduti.

34. E anche gli umerali, ch' erano ne' canti di ciascuna base, erano fonduti e a giunta.

35. E nella sommità della base era una ritondità d' uno mezzo cubito, sì lavorata che vi si potesse porre su il lutero; e avea le sue figure e varie opere rilevate di quelle medesime.

36. E iscolpìo nelli tavolati di metallo, e nelli canti, cherubini e leoni e palme, quasi come in similitudine d' uomo che istesse ritto, in tal modo che non parevano celati, ma parea che vi fossero posti di fuori.

32. Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant, cohærebant sibi subter basim; una rota habebat altitudinis cubitum et semis.

33. Tales autem rotæ erant, quales solent in curru fieri; et axes earum, et radii et canthi et modioli, omnia fusilia.

34. Nam et humeruli illi, quatuor per singulos angulos basis unius, ex ipsa basi fusiles et conjuncti erant.

35. In summitate autem basis erat quædam rotunditas dimidii cubiti, ita fabrefacta, ut luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variasque sculpturas ex semetipsa.

36. Sculpsit quoque in tabulatis illis, quæ erant ex ære, et in angulis, Cherubim et leones et palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, ut non cælata, sed apposita per circuitum viderentur.

Digitized by Google

37. E in questo modo fece X basi d' una fonditura, d' una misura e di scolpimento somigliante.

38. E fece X luteri di metallo; e teneа l' uno delli luteri XL barili, ed era l' uno de' luteri quattro cubiti, e in ciascuna base puose uno lutero.

39. E ordinò X basi, cinque alla parte diritta del tempio, e cinque alla sinistra: e il mare puose alla parte diritta del tempio contro l' oriente al mezzodì.

40. E fece Iram vasa da ricevere la cenere e la brascia dell' altare, e vasa da scaldare e amole; e fornìo tutto il lavorìo del re Salomone nel tempio di Dio.

41. Due colonne e funicelle de' capitelli sopra due sommità delle colonne, e due reticelle a coprire due funicelle le quali erano sopra le teste delle colonne.

42. E quattrocento melegranate in due reticelle;

37. In hunc modum fecit decem bases, fusura una et mensura, sculpturaque consimili.

38. Fecit quoque decem luteres æneos; quadraginta batos capiebat luter unus, eratque quatuor cubitorum; singulos quoque luteres per singulas, id est, decem bases, posuit.

39. Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, et quinque ad sinistram; mare autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem.

40. Fecit ergo Hiram lebetes et scutras et hamulas, et perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini.

41. Columnas duas et funiculos capitellorum super capitella columnarum duos; et retiacula duo, ut operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum.

42. Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis; duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erant super capita columnarum.

Digitized by Google

4. Ed essendo già vecchio, il suo cuore fu depravato per le femine, in tanto che seguitò gli dii estranei; e non era perfetto il suo cuore col suo Signore Iddio, sì come era il cuore del padre suo David.

5. Ma adorò Salomone Astarte, la dea de' Sidoni (e Camos iddio de' Moabiti) e Moloc lo iddio degli Ammoniti.

6. E fece Salomone quelle cose che non piacquero nel cospetto di Dio; e non adempì che seguisse il Signore, sì come il padre suo.

7. E in quello tempo edificò Salomone luogo a Camos, idolo di Moab, nel monte il quale è rimpetto a Ierusalem, e a Moloc idolo de' figliuoli d' Ammon.

3. Fueruntque ei uxores quasi reginæ septingentæ, et concubinæ trecentæ; et averterunt mulieres cor ejus.

4. Cumque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos; nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus.

5. Sed colebat Salomon Astarthen, deam Sidoniorum, et Moloch idolum Ammonitarum.

6. Fecitque Salomon, quod non placuerat coram Domino, et non adimplevit ut sequeretur Dominum, sicut David pater ejus.

7. Tunc ædificavit Salomon fanum Chamos idolo Moab in monte, qui est contra Jerusalem, et Moloch idolo filiorum Ammon.

Digitized by Google

27. E fece ch' era tanta abbondanza d' argento in Ierusalem, quanta di pietre; e moltitudine di cedri, come di sicomori i quali nascono per li campi.

28. Ed erano menati cavalli a Salomone di Egitto e di Coa; però che i mercatanti [del re gli] compravano in Coa, e con ordinato prezzo gli menavano.

29. E compravasi la quadriga in Egitto secento sicli d' argento, e il cavallo CL. E in questo modo tutti i re degli Etei e di Siria vendeano cavalli.

CAPO XI.

1. E re Salomone amò le femine estranee molte, e la figliuola di Faraone, e femine di Moab e di Ammon e di Idumea e di Sidone e di Et;

2. di quelle genti [del] le quali disse Iddio

27. Fecitque, ut tanta esset abundantia argenti in Jerusalem, quanta et lapidum; et cedrorum præbuit multitudinem quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus.

28. Et educebantur equi Salomoni de Aegypto ed de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa, et statuto pretio perducebant.

29. Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti, et equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum et Syriæ equos venundabant.

CAPUT XI.

1. Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, et Moabitidas et Ammonitidas, Idumæas, et Sidonias et Hethæas;

2. de gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israel: Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissime enim avertent corda vestra, ut sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore.

Digitized by Google

a' figliuoli d' Israel: non entrerete a loro, nè di loro entreranno alle vostre; però che certissimamente pervertiranno il vostro cuore, e farannovi adorare i loro Iddii. A queste s' accostò Salomone con amore ardentissimo.

3. E furono fatte a lui mogli quasi come regine settecento, e concubine CCC; e voltorono il suo cuore.

4. Ed essendo già vecchio, il suo cuore fu depravato per le femine, in tanto che seguitò gli dii estranei; e non era perfetto il suo cuore col suo Signore Iddio, sì come era il cuore del padre suo David.

5. Ma adorò Salomone Astarte, la dea de' Sidoni (e Camos iddio de' Moabiti) e Moloc lo iddio degli Ammoniti.

6. E fece Salomone quelle cose che non piacquero nel cospetto di Dio; e non adempì che seguisse il Signore, sì come il padre suo.

7. E in quello tempo edificò Salomone luogo a Camos, idolo di Moab, nel monte il quale è rimpetto a Ierusalem, e a Moloc idolo de' figliuoli d' Ammon.

3. Fueruntque ei uxores quasi reginæ septingentæ, et concubinæ trecentæ; et averterunt mulieres cor ejus.

4. Cumque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos; nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus.

5. Sed colebat Salomon Astarthen, deam Sidoniorum, et Moloch idolum Ammonitarum.

6. Fecitque Salomon, quod non placuerat coram Domino, et non adimplevit ut sequeretur Dominum, sicut David pater ejus.

7. Tunc ædificavit Salomon fanum Chamos idolo Moab in monte, qui est contra Jerusalem, et Moloch idolo filiorum Ammon.

Digitized by Google

8. E in questo modo fece a tutte le sue mogli, forestiere (d' altre genti), le quali offereano incenso e sacrificavano a' loro iddii.

9. E imperò Iddio fu adirato contro a Salomone; però che la sua mente era pervertita dal Signore Iddio d' Israel, il quale gli era apparito due volte;

10. e avevagli comandato di questa cosa, che non dovesse seguire gli altrui iddii; e non osservò quello che il Signore gli comandò.

11. E disse il Signore a Salomone: però che tu hai avuto questo in te, e non hai osservato il patto mio e il comandamento il quale io ti comandai, rompendo divideremo il tuo reame, e daremlo al servo tuo.

12. Ma non farò ciò nel tuo tempo, per lo tuo padre David; ma dalle mani del tuo figliuolo io lo partirò.

13. E anco non torrò tutto il reame; ma una tribù lascerò al tuo figliuolo, per David servo mio, e per Ierusalem la quale io elessi.

8. Atque in hunc modum fecit universis uxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, et immolabant diis suis.

9. Igitur iratus est Dominus Salomoni, quod aversa esset mens ejus a Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundo,

10. et præceperat de verbo hoc, ne sequeretur deos alienos; et non custodivit quæ mandavit ei Dominus.

11. Dixit itaque Dominus Salomoni: Quia habuisti hoc apud te, et non custodisti pactum meum et præcepta mea, quæ mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, et dabo illud servo tuo.

12. Verumtamen in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum: de manu filii tui scindam illud,

13. nec totum regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo propter David servum meum et Jerusalem, quam elegi.

Digitized by Google

14. E suscitò il Signore uno avversario al re Salomone, Adad di Idumea, di seme regio, il quale era in Edom.

15. Ed essendo David in Idumea, ed essendo andato Ioab principe della milizia a seppellire quelli ch' erano morti, avendo morti tutti i maschi d' Idumea;

16. ed era stato ivi Ioab e tutto Israel sei mesi, tanto che uccisero in Idumea tutti i maschii;

17. fuggì Adad, egli e certi uomini Idumei de' servi del suo padre, e andossene in Egitto; ed era Adad piccolo garzone.

18. E partendosi di Madian, vennero in Faran, e tolsero con esso loro uomini di Faran, ed entrarono in Egitto al re Faraone; il quale gli diè casa, e vivanda gli ordinò, e commise certa terra.

19. E trovò molto grande grazia Adad nel cospetto di Faraone, intanto che gli diede per moglie la sorocchia carnale di Tafnes regina sua moglie.

14. Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Edom.

15. Cum enim esset David in Idumæa, et ascendisset Joab princeps militiæ ad sepeliendum eos, qui fuerant interfecti, et occidisset omne masculinum in Idumæa,

16. (sex enim mensibus ibi moratus est Joab et omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa),

17. fugit Adad ipse, et viri Idumæi de servis patris ejus cum eo, ut ingrederetur Aegyptum; erat autem Adad puer parvulus.

18. Cumque surrexissent de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntque secum viros de Pharan, et introierunt Aegyptum ad Pharaonem regem Aegypti; qui dedit ei domum, et cibos constituit, et terram delegavit.

19. Et invenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum, ut daret ei uxorem sororem uxoris suæ, germanam Taphnes reginæ.

Digitized by Google

20. La quale partorì a lui uno figliuolo, il quale ebbe nome Genubat; il quale Tafnes governò in casa di Faraone; ed era Genubat con esso i figliuoli di Faraone, e con esso loro abitava.

21. E quando Adad in Egitto udì che David dormio con i padri suoi, e che Ioab principe della milizia era morto, disse a Faraone: lasciami, ch' io me ne vada nella terra mia.

22. E Faraone gli disse: che cosa hai tu meno con esso meco, che tu domandi di volere andare alla terra tua? E quelli respuose: nulla, ma io ti priego che tu mi lasci andare.

23. E anche gli suscitò Iddio uno avversario, cioè Razon figliuolo di Eliada, il qual è fuggito da Adarezer suo signore re di Soba.

24. E raunò contro a lui gente, e diventò capitanio di ladroni, quando David gli uccidea; e andaronsene in Damasco, e ivi abitarono; e fecerlo in Damasco re.

20. Genuitque ei soror Taphnes Genubath filium, et nutrivit eum Taphnes in domo Pharaonis; eratque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis ejus.

21. Cumque audisset Adad in Aegypto, dormisse David cum patribus suis, et mortuum esse Joab principem militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte me, ut vadam in terram meam.

22. Dixit ei Pharao: Qua enim re apud me indiges, ut quæras ire ad terram tuam? At ille respondit: Nulla, sed obsecro te, ut dimittas me.

23. Suscitavit quoque ei Deus adversarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer, regem Soba dominum suum;

24. et congregavit contra eum viros, et factus est princeps latronum, cum interficeret eos David; abieruntque Damascum, et habitaverunt ibi, et constituerunt eum regem in Damasco,

Digitized by Google

25. Ed era avversario d' Israel, tutto il tempo di Salomone; e questo è il male di Adad, e l' odio contro ad Israel; e regnò in Siria.

26. Ieroboam figliuolo di Nabat, di Sareda di Efrata, la madre del quale fue Serva vedova, ed egli fu servo di Salomone, questi levò la mano contro al re.

27. E questa fu la cagione della sua rebellione, però che Salomone edificò Mello, e agguagliò l' altezza della città di David suo padre.

28. Ed era Ieroboam uomo forte e potente; e vedendo Salomone il giovane di buona condizione e industria, l' avea fatto sopra tutti i tributi della casa di Iosef.

29. E intervenne in quello tempo, che Ieroboam uscìo di Ierusalem, e trovollo Aia di Silo profeta in via, ed era vestito di mantello nuovo; ed erano nel campo soli due.

25. eratque adversarius Israeli cunctis diebus Salomonis; et hoc est malum Adad et odium contra Israel; regnavitque in Syria.

26. Jeroboam quoque, filius Nabat, Ephrathæus, de Sareda servus Salomonis, cujus mater erat nomine Serva, mulier vidua, levavit manum contra regem.

27. Et hæc est causa rebellionis adversus eum, quia Salomon ædificavit Mello, et coæquavit voraginem civitatis David patris sui.

28. Erat autem Jeroboam vir fortis et potens; vidensque Salomon adolescentem bonæ indolis et industrium, constituerat eum præfectum super tributa universæ domus Joseph.

29. Factum est igitur in tempore illo, ut Jeroboam egrederetur de Jerusalem, et inveniret eum Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio novo; erant autem duo tantum in agro.

Digitized by Google

30. E prendendo Aia il suo mantello, del quale era vestito, diviselo in XII parti.

31. E disse a Ieroboam: tuogli le X parti, però che questo dice il Signore Iddio d' Israel: ecco che io dividerò il reame delle mani di Salomone, e daronne a te X tribù.

32. Ma una tribù gliene lascerò, per lo mio servo David, e Ierusalem la quale io elessi di tutte le tribù d' Israel.

33. Però ch' egli m' ha lasciato, e ha adorato Astarte la dea de' Sidoni, e Camos iddio di Moab, e Moloc iddio de' figliuoli d' Ammon; e non è andato per le vie mie, non ha fatto giustizia nel mio cospetto e non ha osservato i miei comandamenti e giudicii, sì come il suo padre David.

34. E non gli torrò però tutto il reame, ma tutto il tempo della sua vita il porrò capo, per David servo mio, il quale io elessi, e osservò gli miei comandamenti.

30. Apprehendensque Ahias pallium suum novum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes.

31. Et ait ad Jeroboam: Tolle tibi decem scissuras: hæc enim dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus.

32. Porro una tribus remanebit ei propter servum meum David et Jerusalem civitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel:

33. eo quod dereliquerit me, et adoraverit Astarthen deam Sidoniorum, et Chamos deum Moab, et Moloch deum filiorum Ammon: et non ambulaverit in viis meis, ut faceret justitiam coram me, et præcepta mea et judicia, sicut David pater ejus.

34. Nec auferam omne regnum de manu ejus, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter David servum meum, quem elegi, qui custodivit mandata mea et præcepta mea.

Digitized by Google

35. Ma delle mani del suo figliuolo torrò il reame, e a te darò X tribù.

36. E al suo figliuolo darò una tribù, acciò che rimanga lucerna a David servo mio, d' ogni tempo, nel mio cospetto in Ierusalem, la città la quale io elessi, che fosse ivi il mio nome.

37. E prenderò te, e regnerai sopra tutte quelle cose l' anima tua desidera; e sarai re sopra Israel.

38. E se tu intenderai tutte le cose ch' io ti comanderò, e anderai per le vie mie, e farai quello che sì è diritto nel mio cospetto, osservando i comandamenti miei, sì come fece il mio servo David, io sarò teco, ed edificherò a te casa fedele, sì come io edificai a David, e darotti Israel.

39. E affliggerò sopra questo il seme di David, ma non tuttavia sempre.

40. E però Salomone vuolse uccidere Ieroboam; il quale si levò e fuggì in Egitto *a Sesac re di*

35. Auferam autem regnum de manu filii ejus, et dabo tibi decem tribus:

36. filio autem ejus dabo tribum unam, ut remaneat lucerna David servo meo cunctis diebus coram me in Jerusalem civitate, quam elegi, ut esset nomen meum ibi.

37. Te autem assumam, et regnabis super omnia, quæ desiderat anima tua: erisque rex super Israel.

38. Si igitur audieris omnia, quæ præcepero tibi, et ambulaveris in viis meis, et feceris, quod rectum est coram me, custodiens mandata mea et præcepta mea, sicut fecit David servus meus: ero tecum, et ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificavi David domum, et tradam tibi Israel:

39. et affligam semen David super hoc, verumtamen non cunctis diebus.

40. Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam; qui surrexit, et aufugit in Aegyptum ad Sesac regem Aegypti, et fuit in Aegypto usque ad mortem Salomonis.

Digitized by Google

Egitto, [e istette in Egitto] insino alla morte di Salomone.

41. *L' altre parole di Salomone*, e ogni cosa ch' egli fece, e la sua sapienza, tutta è scritta nel libro de' fatti di Salomone.

42. Il tempo che Salomone regnò in Ierusalem sopra tutto Israel, XL anni.

43. E dormì Salomone cogli padri suoi, e fu seppellito nella città del suo padre David; e regnò Roboam suo figliuolo per lui.

CAPO XII.

1. E Roboam venne in Sichem; però che ivi era raunato tutto Israel per fare lui re.

2. Ed essendo ancora Ieroboam figliuolo di Nabat in Egitto, fuggito dal cospetto di Salomone, audita la morte sua, ritornò di Egitto.

41. Reliquum autem verborum Salomonis, et omnia quæ fecit, et sapientia ejus, ecce universa scripta sunt in Libro verborum dierum Salomonis.

42. Dies autem, quos regnavit Salomon in Jerusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt.

43. Dormivitque Salomon cum patribus suis, et sepultus est in civitate David patris sui; regnavitque Roboam filius ejus pro eo.

CAPUT XII.

1. Venit autem Roboam in Sichem; illuc enim congregatus erat omnis Israel ad constituendum eum regem.

2. At vero Jeroboam filius Nabat, cum adhuc esset in Aegypto profugus a facie regis Salomonis, audita morte ejus, reversus est de Aegypto.

Digitized by Google

3. E mandarono e chiamaronlo; e venne Ieroboam, e tutta la moltitudine d' Israel, e dissero a Roboam:

4. Il tuo padre impuose a noi giogo durissimo; ora iscema un poco del durissimo comandamento del tuo padre, e del gravissimo giogo che il tuo padre c' impuose, e noi ti serviremo.

5. Il quale respuose: andate insino al terzo dì, e tornerete a me. E andato che fu il popolo,

6. il re Roboam fece consiglio con gli antichi, i quali solevano stare nel cospetto di Salomone suo padre, essendo vivo, e disse loro: che consiglio mi date voi, ch' io responda al popolo?

7. I quali dissero a lui: se tu oggi obbedirai a questo popolo, e servirai, e consentirai alla petizione loro, e parlerai loro parole morbide, saranno tuoi servi d' ogni tempo.

8. E lasciò il consiglio che i vecchi gli aveano

3. Miseruntque et vocaverunt eum; venit ergo Jeroboam et omnis multitudo Israel, et locuti sunt ad Roboam, dicentes:

4. Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo et de jugo gravissimo, quod imposuit nobis, et serviemus tibi.

5. Qui ait eis: Ite usque ad tertium diem, et revertimini ad me. Cumque abiisset populus,

6. iniit consilium, rex Roboam cum senioribus, qui assistebant coram Salomone patre ejus, cum adhuc viveret, et ait: Quod datis mihi consilium, ut respondeam populo huic?

7. Qui dixerunt ei: Si hodie obedieris populo huic, et servieris, et petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cunctis diebus.

8. Qui dereliquit consilium senum, quod dederant ei, et adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo, et assistebant illi,

Digitized by Google

dato, e chiamò a sè giovani ch' erano [stati] governati con esso lui, e istavano dinanzi a lui.

9. E disse loro: che consiglio mi date voi, ch' io risponda a questo popolo, il quale mi dice: fa che il giogo, il quale il tuo padre puose sopra di noi, sia (per te) più leggiero?

10. E dissero i giovani, ch' erano [stati] nutricati con esso lui: di' al popolo che dice: il tuo padre aggravò il giogo nostro, tu l' alleggerire; dira'gli così: il minore dito mio è più grosso che il dorso del mio padre.

11. Il padre mio puose sopra voi uno giogo grave, e io arrogerò sopra il vostro giogo; il mio padre vi battette con esso i flagelli, e io vi batterò con esso lo scorpione.

12. E il terzo dì venne Ieroboam e tutto il popolo a Roboam, così come il re gli avea detto: ritornate a me il terzo dì.

13. E il re rispose parole dure al popolo, lasciato il consiglio che gli antichi gli avevano dato.

9. dixitque ad eos: Quod mihi datis consilium, ut respondeam populo huic, qui dixerunt mihi: Levius fac jugum, quod imposuit pater tuus super nos?

10. Et dixerunt ei juvenes, qui nutriti fuerant cum eo: Sic loqueris populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes: Pater tuus aggravavit jugum nostrum, tu releva nos; sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.

11. Et nunc pater meus posuit super vos jugum grave, ego autem addam super jugum vestrum: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.

12. Venit ergo Jeroboam et omnis populus ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicens: Revertimini ad me die tertia.

13. Responditque rex populo dura, derelicto consilio seniorum, quod ei dederant,

Digitized by Google

14. E disse loro secondo il consiglio de' giovani: *se il padre mio vi tenne sotto grave giogo*, e io augerò il vostro giogo; il padre mio vi battè colli flagelli, e io vi batterò cogli scorpioni.

15. E non consentì il re al popol, però che Iddio l' avea avversato (dal popolo) acciò ch' egli facesse la sua parola, la quale avea detto per mano di Aia di Silo a Ieroboam figliuolo di Nabat.

16. E veggendo il popolo, che il re non gli avea voluto udire, respose a lui dicendo: che parte abbiamo noi in David? e che eredità nel figliuolo d' Isai? Vattene, Israel, alla casa tua; ora vedi la casa tua, David. E andò Israel nelle case sue.

17. E Roboam regnò sopra tutti questi della casa d' Israel, i quali abitavano nelle città di Giuda.

18. E Roboam mandò Aduram, il quale era sopra i tributi; e tutto Israel il lapidò, e morìo. E Roboam di fretta montò nel carro, e fuggio in Ierusalem.

14. et locutus est eis secundum consilium juvenum, dicens: Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.

15. Et non acquievit rex populo: quoniam aversatus fuerat eum Dominus, ut suscitaret verbum suum, quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ ad Jeroboam filium Nabat.

16. Videns itaque populus, quod noluisset eos audire rex, respondit ei dicens: Quæ nobis pars in David? vel quæ hereditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua, Israel, nunc vide domum tuam, David. Et abiit Israel in tabernacula sua.

17. Super filios autem Israel, quicunque habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam.

18. Misit ergo rex Roboam Aduram, qui erat super tributa; et lapidavit eum omnis Israel, et mortuus est. Porro rex Roboam festinus ascendit currum, et fugit in Jerusalem;

Digitized by Google

19. E Israel si partio della casa di David, insino al presente dì.

20. E udito tutto Israel, che Ieroboam era ritornato, intervenne che mandarono per lui, e raunata alquanta moltitudine (li quali) il fecero re sopra Israel; e non fu persona che seguitasse la casa di David, se non la tribù di Giuda.

21. E Roboam venne in Ierusalem, e congregò tutta la casa di Giuda, e tutta la tribù di Beniamin, CLXXX milia di uomini eletti, per combattere contro alla casa d' Israel, e per ridurre il regno a Roboam figliuolo di Salomone.

22. E la parola di Dio fu fatta a Semeia, uomo di Dio; e disse:

23. Favella a Roboam figliuolo di Salomone re di Giuda, *e a tutta la casa di Giuda* e di Beniamin, e a tutti gli altri del popolo, e dirai:

24. Questo dice il Signore: non anderete, e non combatterete contro a' vostri fratelli figliuoli d' Israel;

19. recessitque Israel a domo David usque in præsentem diem.

20. Factum est autem cum audisset omnis Israel, quod reversus esset Jeroboam, miserunt, et vocaverunt eum congregato cœtu, et constituerunt eum regem super omnem Israel; nec secutus est quisquam domum David, præter tribum Juda solam.

21. Venit autem Roboam Jerusalem, et congregavit universam domum Juda et tribum Benjamin, centum octoginta millia electorum virorum bellatorum, ut pugnarent contra domum Israel, et reducerent regnum Roboam filio Salomonis.

22. Factus est autem sermo Domini ad Semejam virum Dei, dicens:

23. Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Juda et ad omnem domum Juda, et Benjamin et reliquos de populo, dicens:

24. Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros

Digitized by Google

e ogni uomo ritorni in casa sua, però che questo è fatto da me. E udirono la parola di Dio, e ritornarono di quello cammino, sì come il Signore avea comandato.

25. E Ieroboam edificò Sichem nel monte d' Efraim, e abitò ivi; e uscito indi edificò Fanuel.

26. E disse Ieroboam nel suo cuore: ora ritornerà il regno alla casa di David,

27. se questo popolo ascenderà a fare sacrificii alla casa di Dio in Ierusalem; e convertirassi il cuore di questo popolo al suo signore Roboam re di Giuda, e ritornando a lui, uccideranno me.

28. E per pensato consiglio fece due vitelli d'oro, e disse al popolo: da ora innanzi non ascendiate in Ierusalem, però che questi sono gli dii tuoi, che trassero te, Israel, della terra d' Egitto.

29. E l' uno puose in Betel, e l' altro in Dan.

30. E questo fu fatto in peccato; e andava il popolo ad adorare il vitello in Dan.

filios Israel: revertatur vir in domum suam, a me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem Domini, et reversi sunt de itinere, sicut eis præceperat Dominus.

25. Aedificavit autem Jeroboam Sichem in monte Ephraim, et habitavit ibi; et egressus inde ædificavit Phanuel.

26. Dixitque Jeroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad domum David,

27. si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo Domini in Jerusalem: et convertetur cor populi hujus ad dominum suum Roboam regem Juda, interficientque me, et revertentur ad eum.

28. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, et dixit eis: Nolite ultra ascendere in Jerusalem: ecce dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.

29. Posuitque unum in Bethel, et alterum in Dan;

30. et factum est verbum hoc in peccatum; ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan.

Digitized by Google

31. E fece il tempio nel luogo alto; e degl' infimi del popolo ordinò sacerdoti, i quali non erano de' figliuoli di Levi.

32. E ordinò il dì solenne nell' ottavo mese, nel quinto decimo dì del mese, in similitudine della solennitade che si fa in Giuda. E ascendendo nello altare, simigliantemente fece in Betel, acciò che sacrificasse ai vitelli ch' egli avea fatti; e ordinò in Betel sacerdoti di eccelsi, ch' egli avea fatto.

33. E ascese sopra lo altare il quale avea fatto in Betel, il quintodecimo dì del mese [ottavo], il quale avea ordinato di suo cuore; e fece festa ai figliuoli d' Israel, e montò sopra l'altare per offerire l' incenso.

CAPO XIII.

1. Ecco venire di Giuda, secondo la parola di Dio, uno uomo di Dio in Betel, istando Ieroboam sopra l' altare, e offerendo l' incenso.

31. Et fecit fana in excelsis, et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi.

32. Constituitque diem solemnem in mense octavo, quintadecima die mensis, in similitudinem solemnitatis, quæ celebrabatur in Juda. Et ascendens altare, similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat; constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum, quæ fecerat.

33. Et ascendit super altare, quod exstruxerat in Bethel quintadecima die mensis octavi, quem finxerat de corde suo; et fecit solemnitatem filiis Israel, et ascendit super altare, ut adoleret incensum.

CAPUT XIII.

1. Et ecce vir Dei venit de Juda in sermone Domini in Bethel, Jeroboam stante super altare et thus jaciente.

Digitized by Google

2. E gridò secondo la parola di Dio contra l' altare, e disse: altare, altare, questo dice il Signore: ecco che nascerà figliuolo alla casa di David, il quale avrà nome Iosia, e ucciderà sopra te i sacerdoti dei luoghi alti, i quali ora accendono l' incenso in te, e arderà sopra te le ossa degli uomini.

3. E in quel dì diede segnale, dicendo: questo sarà il segnale che Iddio ha detto: ecco che l' altare si fenderà, e la cenere, la quale è in esso, si spargerà.

4. E udito il re la parola [dell' uomo] di Dio, la quale avea detta contro all' altare il quale era in Betel, istese la mano sua dell' altare, dicendo: pigliatelo. E incontanente si seccò la sua mano, la quale avea istesa contro di lui; e non la poteo ritrarre a sè.

5. E l' altare si fesse, e la cenere ch' era in esso si sparse, secondo il segnale che avea predetto l' uomo di Dio, secondo la parola del Signore.

2. Et exclamavit contra altare in sermone Domini, et ait: Altare, altare: hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui David, Josias nomine, et immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, et ossa hominum super te incendet.

3. Deditque in illa die signum, dicens: Hoc erit signum, quod locutus est Dominus: Ecce altare scindetur, et effundetur cinis, qui in eo est.

4. Cumque audisset rex sermonem hominis Dei, quem inclamaverat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum. Et exaruit manus ejus, quam extenderat contra eum; nec valuit retrahere eam ad se.

5. Altare quoque scissum est, et effusus est cinis de altari, juxta signum, quod prædixerat vir Dei in sermone Domini.

Digitized by Google

6. E disse [il re] all' uomo di Dio; priega la faccia del tuo Iddio, e ora per me, acciò che mi sia restituita la mano. E l' uomo di Dio orò al Signore, e la mano ritornò a lui, cioè quella del re, e fu fatta sì come era prima.

7. E disse il re all' uomo di Dio: vieni con meco a casa mia a desinare, e farotti donamenti.

8. E respuose l' uomo di Dio al re: se tu mi dessi la metà della tua casa, non verrei teco, e non mangerò pane, nè berò acqua in questo luogo.

9. Però che così comandò a me il Signore, e disse: non mangiare pane, e non bere acqua, e non ritornare per la via per la quale tu andasti.

10. E andossene per un' altra via; e non ritornò per quella, ch' era venuto in Betel.

11. E uno profeta antico abitava in Betel, allo quale andarono i suoi figliuoli, e narrarongli tutte

6. Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, et ora pro me, ut restituatur manus mea mihi. Oravitque vir Dei faciem Domini, et reversa est manus regis ad eum, et facta est, sicut prius fuerat.

7. Locutus est autem rex ad virum Dei: Veni mecum domum, ut prandeas, et dabo tibi munera.

8. Responditque vir Dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto:

9. sic enim mandatum est mihi in sermone Domini præcipientis: Non comedes panem, neque bibes aquam, nec reverteris per viam, qua venisti.

10. Abiit ergo per aliam viam, et non est reversus per iter, quo venerat in Bethel.

11. Prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel, ad quem venerunt filii sui, et narraverunt ei omnia opera, quæ fecerat vir Dei illa die in Bethel; et verba, quæ locutus fuerat ad regem, narraverunt patri suo.

Digitized by Google

queste cose che l' uomo di Dio avea fatte in quello die in Betel; e le parole, che avea dette al re, dissero al padre.

12. E il padre disse loro: per quale via n' andò? E i figliuoli gli mostrarono la via per la quale n'andò l' uomo di Dio, il quale era venuto di Giuda.

13. E disse ai figliuoli suoi: sellatemi l' asino. Il quale sellato, montovvi suso.

14. E andonne dopo l' uomo di Dio, e trovollo sedere sotto uno terebinto, e disse a lui: se' tu l' uomo di Dio, il quale venisti di Giuda? E quegli respuose: io sono esso.

15. E quegli disse a lui: vieni meco a casa, e mangerai del pane.

16. Il quale respuose: io non posso tornare, nè venire teco, e non mangerò pane e non berò acqua in questo luogo.

17. Però che il Signore mi comandò dicendo: non mangerai pane, nè beverai acqua in quello luogo, nè tornerai per quella via per la quale tu anderai.

12. Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit? Ostenderunt ei filii sui viam, per quam abierat vir Dei, qui venerat de Juda.

13. Et ait filiis suis: Sternite mihi asinum. Qui cum stravissent, ascendit,

14. et abiit post virum Dei, et invenit eum sedentem subtus terebinthum, et ait illi: Tune es vir Dei, qui venisti de Juda? Respondit ille: Ego sum.

15. Dixitque ad eum: Veni mecum domum, ut comedas panem:

16. Qui ait: Non possum reverti, neque venire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto:

17. quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini, dicens: Non comedes panem, et non bibes aquam ibi, nec reverteris per viam, qua ieris.

Digitized by Google

18. E quegli disse a lui: i' sono profeta simile a te, e l' angelo mi favellò dalla parte di Dio, dicendo: ritornalo alla tua casa, acciò che mangi del pane e beva dell' acqua. E ingannollo.

19. E ritornò seco; e mangiò il pane e bevè l' acqua nella casa sua.

20. E sedendo egli alla mensa, la parola di Dio fu fatta al profeta che l' avea ritornato.

21. E disse all' uomo di Dio il quale era venuto di Giuda, e disse: questo dice Iddio: però che tu non fosti obbediente alla bocca di Dio, e non facesti il comandamento che (egli) ti comandò il Signore tuo Dio,

22. e ritornasti, e mangiasti pane, e bevesti acqua nel luogo nel quale ti comandò che tu non mangiassi pane nè bevessi acqua, il tuo corpo non sarà riposato nel sepolcro de' tuoi.

23. E avendo mangiato e bevuto, il profeta che l' avea ritornato sellò l' asino suo.

18. Qui ait illi: Et ego propheta sum similis tui: et Angelus locutus est mihi in sermone Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem, et bibat aquam. Fefellit eum,

19. et reduxit secum; comedit ergo panem in domo ejus, et bibit aquam.

20. Cumque sederent ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetam, qui reduxerat eum.

21. Et exclamavit ad virum Dei, qui venerat de Juda, dicens: Hæc dicit Dominus: Quia non obediens fuisti ori Domini, et non custodisti mandatum, quod præcepit tibi Dominus Deus tuus,

22. et reversus es, et comedisti panem, et bibisti aquam in loco, in quo præcepit tibi, ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadaver tuum in sepulcrum patrum tuorum.

23. Cumque comedisset et bibisset, stravit asinum suum prophetæ, quem reduxerat.

Digitized by Google

24. E andossene; e trovollo uno leone nella via, e ucciselo, ed era il [suo] corpo nella via gittato; e l' asino istava al lato suo, e il leone istava a lato il corpo.

25. E le persone, che passavano per la via, viddero il corpo gittato nella via; e il leone istava a lato il corpo. E vennero, e divulgarono il fatto nella città dove abitava il profeta, che l' avea rimenato della via.

26. Il quale disse: egli è l' uomo di Dio, il quale non fu obbediente alla bocca di Dio, e hallo dato il Signore al leone, e hallo morto, ed è fatto secondo la parola di Dio.

27. E disse ai figliuoli suoi: sellatemi l' asino. I quali avendolo sellato,

28. quegli andò, e trovò il corpo giacere nella via, e l' asino e il leone istare presso al corpo; e il leone non mangiò del corpo, e non fece male all' asino.

24. Qui cum abiisset, invenit eum leo in via, et occidit, et erat cadaver ejus projectum in itinere; asinus autem stabat juxta illum, et leo stabat juxta cadaver.

25. Et ecce, viri transeuntes viderunt cadaver projectum in via, et leonem stantem juxta cadaver. Et venerunt et divulgaverunt in civitate, in qua prophetes ille senex habitabat.

26. Quod cum audisset propheta ille, qui reduxerat eum de via, ait: Vir Dei est, qui inobediens fuit ori Domini, et tradidit eum Dominus leoni: et confregit eum, et occidit juxta verbum Domini, quod locutus est ei.

27. Dixitque ad filios suos: Sternite mihi asinum. Qui cum stravissent,

28. et ille abiisset, invenit cadaver ejus projectum in via, et asinum et leonem stantes juxta cadaver; non comedit leo de cadavere, nec læsit asinum.

Digitized by Google

29. E tolse il profeta il corpo dell' uomo di Dio, e puoselo in su l' asino, e portollo nella città del profeta vecchio, acciò che il piagnessero.

30. E puosero quello corpo nel suo sepolcro; e pianserlo, dicendo: oimè, oimè, fratello mio.

31. E avendo pianto, disse ai suoi figliuoli: quando io sarò morto, seppellitemi nel sepolcro nel quale è seppellito l' uomo di Dio; a lato alle sue ossa ponete le mie.

32. Senza niuno dubbio che quello, ch' egli hae detto da parte di Dio, verrà contro all' altare il quale è in Betel, e in contro a tutti i templi che sono negli alti luoghi nelle città di Samaria.

33. E dopo queste cose, Ieroboam non ritornò della via sua pessima; ma per contrario degli ultimi del popolo fece sacerdoti di quegli luoghi alti; chiunque voleva, riempìa la sua mano, ed era fatto sacerdote dell' altare.

34. E per questa cagione la casa di Ieroboam peccò, e fu subversa e tolta di sopra alla terra.

29. Tulit ergo prophetes cadaver viri Dei, et posuit illud super asinum, et reversus intulit in civitatem prophetæ senis, ut plangeret eum.

30. Et posuit cadaver ejus in sepulcro suo: et planxerunt eum: Heu, heu, mi frater.

31. Cumque planxissent eum, dixit ad filios suos: Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulcro, in quo vir Dei sepultus est: juxta ossa ejus ponite ossa mea.

32. Profecto enim veniet sermo, quem prædixit in sermone Domini contra altare quod est in Bethel, et contra omnia fana excelsorum, quæ sunt in urbibus Samariæ.

33. Post verba hæc non est reversus Jeroboam de via sua pessima, sed e contrario fecit de novissimis populi sacerdotes excelsorum; quicunque volebat, implebat manum suam, et fiebat sacerdos excelsorum.

34. Et propter hanc causam peccavit domus Jeroboam, et eversa est, et deleta de superficie terræ.

Digitized by Google

CAPO XIIII.

1. E in quel tempo era infermo Abia, figliuolo di Ieroboam.

2. E disse Ieroboam alla sua moglie: ista su e muta abito, acciò che tu non sii cognosciuta esser moglie di Ieroboam; e vattene in Silo dove che è Aia profeta, il quale mi disse ch' io dovea regnare sopra questo popolo.

3. E nelle tue mani togli X pani e una crostola e uno vaso di miele, e vattene a lui; egli ti dirà quello che gli debba intervenire, cioè di questo fanciullo.

4. E fece la moglie di Ieroboam sì come egli gli avea detto; e levandosi, se n' andò in Silo nella casa dove che Aia era; ed egli non potea vedere, però che avea gli occhii caliginosi per la vecchiezza.

5. E disse Iddio ad Aia: ecco, la moglie di Ieroboam viene a te per domandare consiglio, che

CAPUT XIV.

1. In tempore illo ægrotavit Abia, filius Jeroboam.

2. Dixitque Jeroboam uxori suæ: Surge, et commuta habitum, ne cognoscaris, quod sis uxor Jeroboam: et vade in Silo, ubi est Ahias propheta, qui locutus est mihi, quod regnaturus essem super populum hunc.

3. Tolle quoque in manu tua decem panes et crustulam et vas mellis, et vade ad illum: ipse enim indicabit tibi, quid eventurum sit puero huic.

4. Fecit, ut dixerat, uxor Jeroboam; et consurgens abiit in Silo, et venit in domum Ahiæ; at ille non poterat videre, quia caligaverant oculi ejus præ senectute.

5. Dixit autem Dominus ad Ahiam: Ecce uxor Jeroboam ingreditur, ut consulat te super filio suo, qui ægrotat: hæc et hæc loqueris ei. Cum ergo illa

Digitized by Google

debba essere del figliuolo (e che debbia fare, il quale figliuolo è) infermo; or gli dirai questo e questo. Entrando ella, e non mostrando d' essere quella ch' era,

6. Aia uditte il suono de' piedi suoi entrando per l' uscio, e disse: entra, moglie di Ieroboam, perchè mostri d' essere altra persona? io sono mandato a te, duro messaggio.

7. Va, e di' a Ieroboam: questo dice il Signore Iddio d' Israel: però ch' io t' ho esaltato di mezzo del popolo, e hotti posto duca del popolo mio Israel;

8. e partii il reame della casa di David, e hollo dato a te, e tu non hai fatto sì come fece il mio servo David, il quale osservò gli miei comandamenti, e con tutto il suo cuore seguitò me, facendo quello che piacea nel mio cospetto;

9. ma tu hai operato male sopra tutti quelli che sono stati dinanzi a te, e hai fatto a te iddii estranei fonduti, a provocare me ad ira, e mi hai tu gittato dopo il corpo;

intraret, et dissimularet, se esse, quæ erat,

6. audivit Ahias sonitum pedum ejus introeuntis per ostium, et ait: Ingredere uxor Jeroboam: quare aliam te esse simulas? ego autem missus sum ad te durus nuntius.

7. Vade et dic Jeroboam: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quia exaltavi te de medio populi, et dedi te ducem super populum meum Israel,

8. et scidi regnum domus David, et dedi illud tibi, et non fuisti sicut servus meus David, qui custodivit mandata mea, et secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo:

9. sed operatus es mala super omnes, qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos et conflatiles, ut me ad iracundiam provocares, me autem projecisti post corpus tuum:

Digitized by Google

10. imperò io inducerò male sopra la casa di Ieroboam, insino a quello che piscia al muro, e l' ultimo di costoro sì è serrato in Israel; e munderò le reliquie della casa di Ieroboam, sì come si suole mundare il letame, insino al suolo.

11. E quelli di Ieroboam, che saranno morti in la cittade, saranno mangiati da' cani; e quelli che saranno morti in campo, saranno divorati dagli uccelli del cielo; però che il Signore dice così.

12. Tu istà suso, e vanne a casa tua; e nella entrata de' tuoi piedi nella città, morrà il fanciullo.

13. E tutta la città e Israel il piagnerà, e seppellirannolo; solo questi, di quelli di Ieroboam, sarà posto infra la sepoltura, però che buona parola è trovata sopra di lui dal Signore Iddio d' Israel nella casa di Ieroboam.

14. Ma il Signore constituirà uno re sopra Israel, il quale percuoterà la casa di Ieroboam in questo dì e in questo tempo.

10. ideirco ecce, ego inducam mala super domum Jeroboam, et percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem, et clausum, et novissimum in Israel: et mundabo reliquias domus Jeroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum.

11. Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves cœli; quia Dominus locutus est.

12. Tu igitur surge, et vade in domum tuam; et in ipso introitu pedum tuorum in urbem morietur puer,

13. et planget eum omnis Israel, et sepeliet: iste enim solus inferetur de Jeroboam in sepulcrum, quia inventus est super eo sermo bonus a Domino Deo Israel in domo Jeroboam.

14. Constituet autem sibi Dominus regem super Israel, qui percutiet domum Jeroboam in hac die et in hoc tempore:

Digitized by Google

15. E percuoterà il Signore Iddio Israel, sì come si suole muovere la canna nell' acqua; (e caverà) e disvellerà Israel di questa buona terra, la quale diede a' padri loro, e cacceragli [di là] dal fiume; però che fecero boschi a provocare il Signore.

16. E lascerà il Signore Israel per Ieroboam, il quale peccò e fece peccare Israel.

17. E la moglie di Ieroboam si levò, e andossene in Tersa; ed entrando ella il sogliaro della casa, il fanciullo morìo.

18. E sotterraronlo; e tutto Israel il pianse, secondo la parola del Signore, la quale egli parlò per mano di Aia profeta.

19. Tutti gli altri fatti di Ieroboam, com' egli regnò e come combattè, sono scritti nel libro dei re d' Israel.

20. I dì che Ieroboam regnò furono XXII anni; e dormì Ieroboam coi padri suoi; e regnò Nadab suo figliuolo per lui.

15. et percutiet Dominus Deus Israel, sicut moveri solet arundo in aqua, et evellet Israel de terra bona hac, quam dedit patribus eorum, et ventilabit eos trans flumen: quia fecerunt sibi lucos, ut irritarent Dominum.

16. Et tradet Dominus Israel propter peccata Jeroboam, qui peccavit, et peccare fecit Israel.

17. Surrexit itaque uxor Jeroboam, et abiit, et venit in Thersa: cumque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est:

18. et sepelierunt eum. Et planxit eum omnis Israel juxta sermonem Domini, quem locutus est in manu servi sui Abiæ prophetæ.

19. Reliqua autem verborum Jeroboam, quomodo pugnaverit, et quomodo regnaverit, ecce scripta sunt in Libro verborum dierum regum Israel.

20. Dies autem, quibus regnavit Jeroboam, viginti duo anni sunt, et dormivit cum patribus suis; regnavitque Nadab filius ejus pro eo.

Digitized by Google

21. Ma Roboam figliuolo di Salomone regnò in Giuda. XLI anno avea Roboam, quando incominciò di regnare; e XVII anni regnò in Ierusalem, la quale città elesse Iddio per porre il suo nome ivi, di tutte le tribù d' Israel. Il nome della sua madre Naama di Amman.

22. E Giuda fece male nel cospetto del Signore; e provocaronlo in tutte quelle cose che aveano fatte i padri loro, nei peccati ne' quali peccarono.

23. Però che gli loro altari e statue edificarono, e boschi in ogni colle alto, e sotto ogni legno frondoso.

24. Ed erano in terra sacerdoti castrati (pagani), e fecero ogni abbominazione de' pagani, le quali Iddio distrusse dinanzi al cospetto de' figliuoli d' Israel.

25. E nel quinto anno del regno di Roboam, andò Sesac re d' Egitto in Ierusalem.

26. E tolse i tesori della casa di Dio, e i tesori

21. Porro Roboam filius Salomonis regnavit in Juda. Quadraginta et unius anni erat Roboam, cum regnare coepisset; decem et septem annos regnavit in Jerusalem civitate, quam elegit Dominus, ut poneret nomen suum ibi, ex omnibus tribubus Israel. Nomen autem matris ejus Naama Ammanitis.

22. Et fecit Judas malum coram Domino, et irritaverunt eum super omnibus, quæ fecerant patres eorum in peccatis suis quæ peccaverunt.

23. Aedificaverunt enim et ipsi sibi aras, et statuas et lucos super omnem collem excelsum et subter omnem arborem frondosam;

24. sed et effeminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium, quas attrivit Dominus ante faciem filiorum Israel.

25. In quinto autem anno regni Roboam ascendit Sesac rex Aegypti in Jerusalem,

26. et tulit thesauros domus Domini et thesauros regios, et universa diripuit;

Digitized by Google

del re, e tutto portò via; e le scuda dell' oro, le quali avea fatte Salomone.

27. In luogo delle quali Roboam fece scuda d' acciaio, e dielle a' capitani di quelli che guardavano le scuda, e di quelli che vigilavano dinanzi alla casa del re.

28. Ed entrando il re nella casa di Dio, portavano quelle scuda quelli che aveano ufficio [di andare] dinanzi al re; e poi le portavano all' armario delle scuda.

29. Tutte l' altre cose di Roboam, e quello che egli fece, sono scritte nel libro del tempo dei re di Giuda.

30. E tra Roboam e Ieroboam tutta via fue guerra.

31. E Roboam dormì co' padri suoi, e fu seppellito con esso loro nella città di David. Il nome della sua madre fu Naama di (gente d') Amman. E regnò Abia suo figliuolo per lui.

scuta quoque aurea, quæ fecerat Salomon,

27. pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, et tradidit ea in manum ducum scutariorum, et eorum qui excubabant ante ostium domus regis.

28. Cumque ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea qui præeundi habebant officium; et postea reportabant ad armamentarium scutariorum.

29. Reliqua autem sermonum Roboam, et omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Juda.

30. Fuitque bellum inter Roboam et Jeroboam cunctis diebus.

31. Dormivitque Roboam cum patribus suis, et sepultus est cum eis in civitate David. Nomen autem matris ejus Naama Ammanitis, et regnavit Abiam filius ejus pro eo.

Digitized by Google

CAPO XV.

1. Ma nell' ottavo decimo anno del regno di Ieroboam, figliuolo di Nabat, regnò Abia sopra Giuda.

2. Tre anni regnò in Ierusalem; il nome della sua madre fu Maaca figliuola di Abessalom.

3. E andò per tutti i peccati del suo padre, che avea fatti dinanzi a lui; e non era il suo cuore perfetto con Iddio suo Signore, come fu il cuore di David suo padre.

4. Ma per David il Signore Iddio gli diede lucerna in Ierusalem, che suscitasse il figliuolo suo dopo lui, e stesse in Ierusalem.

5. Però che David avea fatta giustizia nel suo cospetto, e non avea declinato da tutte le cose che gli avea comandato, tutto il tempo della vita sua, fuori del fatto d' Uria Eteo.

CAPUT XV.

1. Igitur in octavo decimo anno regni Jeroboam filii Nabat, regnavit Abiam super Judam.

2. Tribus annis regnavit in Jerusalem; nomen matris ejus Maacha filia Abessalom.

3. Ambulavitque in omnibus peccatis patris sui, quæ fecerat ante eum; nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus.

4. Sed propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Jerusalem, ut suscitaret filium ejus post eum, et statueret Jerusalem,

5. eo quod fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinasset ab omnibus, quæ præceperat ei, cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ Hethæi.

Digitized by Google

6. Non di meno però guerra fu tra Roboam e Ieroboam, tutto il tempo della vita loro.

7. Tutte l' altre cose ch' egli fece, non sono loro scritte nel libro de' fatti [dei re] di Giuda? E fu guerra tra Abia e Ieroboam.

8. E dormì Abia con i padri suoi; e seppellirlo nella città di David; e regnò per lui Asa suo figliuolo.

9. E nel XX anno del regno di Ieroboam re d' Israel, regnò Asa re di Giuda

10. XLI anno in Ierusalem. Il nome della madre fu Maaca figliuola d' Abessalom.

11. E fece Asa quello ch' era diritto nel cospetto del Signore, sì come David suo padre.

12. E tolse via di tutta la terra gli effeminati (cioè sacerdoti pagani castrati), e purgò tutte le brutture degl' idoli, i quali aveano fatti i padri suoi.

13. E anco Maaca sua madre rimosse, che non fosse principessa negli luoghi sacrati di Priapo, e

6. Attamen bellum fuit inter Roboam et Jeroboam omni tempore vitæ ejus.

7. Reliqua autem sermonum Abiam, et omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Juda? Fuitque prœlium inter Abiam et inter Jeroboam.

8. Et dormivit Abiam cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate David; regnavitque Asa filius ejus pro eo.

9. In anno ergo vigesimo Jeroboam regis Israel regnavit Asa rex Juda,

10. et quadraginta et uno anno regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Maacha, filia Abessalom.

11. Et fecit Asa rectum ante conspectum Domini, sicut David pater ejus;

12. et abstulit effeminatos de terra, purgavitque universas sordes idolorum, quæ fecerant patres ejus.

13. Insuper et Maacham matrem suam amovit, ne esset princeps in sacris Priapi, et in luco ejus, quem consecraverat; subvertitque specum

Digitized by Google

nel bosco suo, il quale avea consecrato; e disfece la casa sua, e spezzò l' idolo sozzissimo, e arselo nel fiume di Cedron.

14. Ma i luoghi alti non tolse via: ed era il cuore di Asa perfetto col Signore tutto il tempo della sua vita.

50. E allora disse Ocozia figliuolo di Acab a Iosafat: vadano i servi tuoi con esso i servi miei nelle navi. E non volse Iosafat.

51. E dormì [Iosafat] colli padri suoi, e fu seppellito con esso loro nella città di David suo padre; e regnò Ioram suo figliuolo per lui.

45. Pacemque habuit Josaphat cum rege Israel.

46. Reliqua autem verborum Josaphat, et opera ejus, quæ gessit, et prœlia; nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Juda?

47. Sed et reliquias effeminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris ejus, abstulit de terra.

48. Nec erat tunc rex constitutus in Edom.

49. Rex vero Josaphat fecerat classes in mari, quæ navigarent in Ophir propter aurum; et ire non potuerunt, quia confractæ sunt in Asiongaber.

50. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Josaphat: Vadant servi mei cum servis tuis in navibus. Et noluit Josaphat.

51. Dormivitque Josaphat cum patribus suis, et sepultus est cum eis in civitate David patris sui; regnavitque Joram filius ejus pro eo.

Digitized by Google

52. Ocozia figliuolo di Acab avea cominciato a regnare *sopra Israel in Samaria* [nel XVII anno di Iosafat re di Giuda], *e regnò* sopra Israel due anni.

53. E fece male nel cospetto di Dio, e andò per (tutta) la via del padre suo e della madre sua, e nella via di Ieroboam figliuolo di Nabat, il quale fece peccare Israel.

54. E servì a Baal, e adorollo, e provocò il Signore Iddio d' Israel, in tutte quelle cose che avea fatto il padre suo.

52. Ochozias autem filius Achab regnare cœperat, super Israel in Samaria anno septimo decimo Josaphat regis Juda, regnavitque super Israel duobus annis.

53. Et fecit malum in conspectu Domini, et ambulavit in via patris sui et matris suæ, et in via Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel.

54. Servivit quoque Baal, et adoravit eum, et irritavit Dominum Deum Israel juxta omnia, quæ fecerat pater ejus.

Digitized by Google

Qui comincia il quarto libro

DEI RE

CAPO I.

1. Prevaricò Moab [in] Israel dopo la morte di Acab.

2. E Ocozia cadde per le porte (ovvero cancelli) della sua sala, la quale avea in Samaria, e infermò; e mandò gli messaggi suoi, dicendo a loro: andate, e domandate Belzebub, iddio d' Accaron, se io camperò di questa mia infermità.

3. E l' angelo di Dio favellò a Elia Tesbite, dicendo: istà suso, e ascendi rincontro ai messaggi

CAPUT I.

1. Prævaricatus est autem Moab in Israel, postquam mortuus est Achab.

2. Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi sui, quod habebat in Samaria, et ægrotavit, misitque nuntios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub, deum Accaron: Utrum vivere queam de infirmitate mea hac?

3. Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, et ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ, et dices ad eos: Numquid non est Deus in Israel,

Digitized by Google

Qui comincia il quarto libro

DEI RE

CAPO I.

1. Prevaricò Moab [in] Israel dopo la morte di Acab.

2. E Ocozia cadde per le porte (ovvero cancelli) della sua sala, la quale avea in Samaria, e infermò; e mandò gli messaggi suoi, dicendo a loro: andate, e domandate Belzebub, iddio d' Accaron, se io camperò di questa mia infermità.

3. E l' angelo di Dio favellò a Elia Tesbite, dicendo: istà suso, e ascendi rincontro ai messaggi

CAPUT I.

1. Prævaricatus est autem Moab in Israel, postquam mortuus est Achab.

2. Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi sui, quod habebat in Samaria, et ægrotavit, misitque nuntios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub, deum Accaron: Utrum vivere queam de infirmitate mea hac?

3. Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, et ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ, et dices ad eos: Numquid non est Deus in Israel,

Digitized by Google

del re di Samaria, e dirai loro: non è egli Iddio in Israel? e voi andate a domandare consiglio a Belzebub iddio d' Accaron?

4. Per la quale cosa questo dice il Signore: del letto, nel quale tu se' montato, non discenderai, ma morrai di morte. E andossene Elia.

5. E i messaggi ritornarono ad Ocozia. Il quale disse loro: perchè siete tornati?

6. E quelli respuosero a lui: uno uomo venne incontro a noi, e disse: ritornate al re che vi manda, e diretegli: questo dice il Signore: mandi tu a domandare consiglio a Belzebub, iddio d' Accaron, quasi non sia Dio in Israel? E però del letto, nel quale tu sei montato, non discenderai, ma morirai di morte.

7. Ed egli disse a loro: di che figura e abito era l' uomo, che vi venne incontro, e che vi disse queste parole?

8. E coloro dissero a lui: egli era uomo peloso, ed era cinto alle reni d' uno cingolo di pelle. Il quale disse: egli è Elia Tesbite.

ut eatis ad consulendum Beelzebub, deum Accaron?

4. Quam ob rem hæc dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias.

5. Reversique sunt nuntii ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reversi estis?

6. At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, et dixit ad nos: Ite, et revertimini ad regem, qui misit vos, et dicetis ei: Hæc dicit Dominus: Numquid, quia non erat Deus in Israel, mittis, ut consulatur Beelzebub, deus Accaron? Idcirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

7. Qui dixit eis: Cujus figuræ et habitus est vir ille, qui occurrit vobis, et locutus est verba hæc?

8. At illi dixerunt: Vir pilosus, et zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites est.

Digitized by Google

9. E mandò uno capitano di cinquanta uomini, e (insieme con lui tutti) i cinquanta i quali erano sotto di lui. Il quale andò ad Elia, che sedea nella sommità del monte, e disse: uomo di Dio, il re comanda che tu discendi (a lui).

10. Ed Elia respuose a quello capitano, e disse: se io sono uomo di Dio, discenda fuoco dal cielo, e divori te e' cinquanta tuoi compagni. E discese fuoco dal cielo, e divorò lui, e gli cinquanta erano con lui.

11. E anco mandò uno altro capitano di cinquanta, e' suoi cinquanta con esso lui. Il quale gli favellò, e disse: uomo di Dio, questo dice il re: presto, discendi.

12. E rispuose Elia, e disse: se io son uomo di Dio, discenda fuoco dal cielo, e divori te e i tuoi cinquanta. E discese il fuoco dal cielo, e divorò lui e gli cinquanta suoi.

13. E mandò uno altro principe di cinquanta, e L con esso lui. Il quale venuto inginocchiossi dinanzi ad Elia, e pregandolo disse: uomo di Dio, piacciati

9. Misitque ad eum quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum, sedentique in vertice montis ait: Homo Dei, rex præcepit, ut descendas.

10. Respondensque Elias dixit quinquagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de cælo, et devoravit eum et quinquaginta qui erant cum eo.

11. Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterum, et quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi: Homo Dei, hæc dicit rex: Festina, descende.

12. Respondens Elias ait: Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cælo, et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cælo, et devoravit illum, et quinquaginta ejus.

13. Iterum misit principem quinquagenarium tertium, et

Digitized by Google

di non dispregiare l' anima mia, e l' anime de' tuoi servi i quali sono meco.

14. Ecco che il fuoco (di Dio) è disceso dal cielo, e ha divorato i due prìncipi primi de' cinquanta, e' cinquanta i quali erano con esso loro; onde io ti priego che tu abbi misericordia dell' anima mia.

15. E l' angelo di Dio disse ad Elia: discendi con lui, non dubitare. E levossi, e descendeo con esso lui al re.

16. E disse a lui: questo dice il Signore: però che tu mandasti, e domandasti consiglio a Belzebub, iddio d' Accaron, quasi come non fosse Dio in Israel, dal quale tu potessi addimandare risposta, però dal letto, sopra il quale tu se' montato, non discenderai, ma tu morirai di morte.

17. E morì secondo la parola di Dio, la quale avea detta per Elia; e Ioram suo fratello regnò per

quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset, curvavit genua contra Eliam, et precatus est eum, et ait: Homo Dei, noli despicere animam meam, et animas servorum tuorum qui mecum sunt.

14. Ecce descendit ignis de cælo, et devoravit duos principes quinquagenarios primos, et quinquagenos qui cum eis erant: sed nunc obsecro, ut miserearis animæ meæ.

15. Locutus est autem Angelus Domini ad Eliam, dicens: Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, et descendit cum eo ad regem.

16. et locutus est ei: Hæc dicit Dominus: Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub, deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, a quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

17. Mortuus est ergo juxta sermonem Domini, quem locutus est Elias, et regnavit Joram frater ejus pro eo, anno secundo Joram filii Josaphat regis Judæ; non enim habebat filium.

Digitized by Google

lui, nel secondo anno di Ioram figliuolo di Iosafat re di Giuda; però che non avea figliuolo.

18. Tutto l' altro de' fatti di Ocozia, i quali egli operò, non è egli scritto nel libro dei fatti de' re d' Israel?

CAPO II.

1. E volendo Iddio levare Elia in cielo per vento, intervenne che Elia ed Eliseo andavano di Galgala.

2. Ed Elia disse ad Eliseo: siedi quiritta, però che il Signore mi manda insino a Betel. Al quale disse Eliseo: vive il Signore, e vive l' anima tua, ch' io non ti lascerò. E venuti in Betel,

3. uscirono i figliuoli de' profeti, i quali abitavano in Betel, ad Eliseo; e dissero a lui: sai tu che Iddio oggi torrà da te il tuo Signore? Il quale respuose: e io il so; istate quieti.

18. Reliqua autem verborum Ochoziæ, quæ operatus est; nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

CAPUT II.

1. Factum est autem, cum levare vellet Dominus Eliam per turbinem in cælum, ibant Elias et Eliseus de Galgalis.

2 Dixitque Elias ad Eliseum: Sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliseus: Vivit Dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque descendissent Bethel,

3. egressi sunt filii prophetarum, qui erant in Bethel, ad Eliseum, et dixerunt ei: Numquid nosti, quia hodie Dominus tollet dominum tuum a te? Qui respondit: Et ego novi: silete.

Digitized by Google

4. Ed Elia disse ad Eliseo: siedi qui, però che il Signore mi manda in Gerico. E quegli disse: vive il Signore, e vive l' anima tua, ch' io non ti lascerò. E venuti in Gerico,

5. i figliuoli de' profeti, ch' erano in Gerico, andarono ad Eliseo, e dissero a lui: non sai tu che il Signore torrà oggi il tuo signore da te? Ed egli disse: io il so; istate quieti.

6. Ed Elia disse a lui: siedi qui, però che il Signore mi manda al Giordano. Il quale disse: vive il Signore, e vive l' anima tua, che io non ti lascerò. E andarono insieme.

7. E cinquanta uomini de' figliuoli di profeti sì il seguitarono, i quali stettero a rincontro dalla lunga: ed eglino due istavano sopra il Giordano.

8. E tolse Elia il mantello suo, e avviluppollo, e con esso percosse l' acque; e divisersi da ogni parte, e amendui passarono per secco.

4. Dixit autem Elias ad Eliseum: Sede hic, quia Dominus misit me in Jericho. Et ille ait: Vivit Dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque venissent Jericho,

5. accesserunt filii prophetarum, qui erant in Jericho, ad Eliseum, et dixerunt ei: Numquid nosti, quia Dominus hodie tollet dominum tuum a te? Et ait: Et ego novi: silete.

6. Dixit autem ei Elias: Sede hic, quia Dominus misit me usque ad Jordanem. Qui ait: Vivit Dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter,

7. et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui et steterunt econtra longe; illi autem ambo stabant super Jordanem.

8. Tulitque Elias pallium suum, et involvit illud, et percussit aquas, quæ divisæ sunt in utramque partem, et transierunt ambo per siccum.

Digitized by Google

9. E passati loro, Elia disse ad Eliseo: domanda quello che vuogli ch' io ti faccia, prima che sia tolto da te. Ed Eliseo disse: io priego che il tuo spirito sia duplicato in me.

10. Il quale respuose: cosa difficile hai domandato; ma se tu mi vedrai, quando io sarò tolto da te, quello che tu hai domandato sarà fatto; ma se tu non mi vedrai, non sarà.

11. E andando eglino e favellando, ecco uno carro di fuoco e cavalli di fuoco; e partie loro, l' uno dall' altro; e ascendeo Elia per vento in cielo.

12. Ed Eliseo il vedea, e gridava: padre mio, padre mio, il carro d' Israel e la sua guida. E nol vidde da quindi inanzi; e prese le sue vestimenta, e divisele in due parti.

13. E tolse il mantello di Elia, il quale era caduto a lui; e tornato, istette sopra la ripa deì Giordano.

9. Cumque transissent, Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis ut faciam tibi, antequam tollar a te. Dixitque Eliseus: Obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus.

10. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit.

11. Cumque pergerent, et incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus et equi ignei diviserunt utrumque; et ascendit Elias per turbinem in cælum.

12. Eliseus autem videbat, et clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga ejus. Et non vidit eum amplius; apprehenditque vestimenta sua, et scidit illa in duas partes.

13. Et levavit pallium Eliæ, quod ceciderat ei, reversusque stetit super ripam Jordanis,

Digitized by Google

14. E col mantello di Elia, il quale era caduto, percosse l' acque, e non si divisero, e disse: dove è lo Dio di Elia? E ancora percosse l' acque, e divisersi di là e di qua, e passò Eliseo.

15. E veggendo i figliuoli de' profeti, che erano in Gerico, che istavano ricontro, disseno: lo spirito di Elia è riposato in Eliseo. E venuti incontro a lui, adororlo chinati in terra.

16. E dissero a lui: ecco, che con esso i tuoi servi sono cinquanta forti uomini, i quali possono andare, e cercare per lo tuo signore, acciò che lo Spirito del Signore forse non l' abbia tolto, e gittato in uno monte, ovvero in una valle. Ai quali disse: non vi mandate.

17. E constrinserlo tanto, che egli consentì e disse: mandatevi. E mandarono cinquanta uomini; i quali cercato tre dì, nol trovarono.

18. E retornarono a lui; ed egli abitava in Gerico, e disse loro; non vi dissi io: non vi mandate?

14. et pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas, et non sunt divisæ; et dixit: Ubi est Deus Eliæ etiam nunc? Percussitque aquas, et divisæ sunt huc atque illuc, et transit Eliseus.

15. Videntes autem filii prophetarum, qui erant in Jericho econtra, dixerunt: Requievit spiritus Eliæ super Eliseum. Et venientes in occursum ejus adoraverunt eum proni in terram,

16. dixeruntque illi: Ecce, cum servis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, et quærere dominum tuum, ne forte tulerit eum Spiritus Domini, et projecerit eum in unum montium, aut in unam vallium. Qui ait: Nolite mittere.

17. Coegeruntque eum, donec acquiesceret, et diceret: Mittite. Et miserunt quinquaginta viros; qui cum quæsissent tribus diebus, non invenerunt.

18. Et reversi sunt ad eum; at ille habitabat in Jericho, et dixit eis: Numquid non dixi vobis: Nolite mittere?

Digitized by Google

19. E gli uomini della città dissono ad Eliseo: ecco l' abitazione di questa città è ottima, sì come tu, signore, vedi; ma l' acque sono pessime, e la terra isterile.

20. E quegli disse: recatemi uno vaso nuovo, e mettetevi del sale. Il quale portato a lui,

21. andossene allo fonte delle acque, e misevi il sale, e disse: questo dice il Signore: io ho sanate queste acque, e non sarà in quelle più la morte, nè sterilitade.

22. E furono sanate l' acque insino a questo tempo, secondo la parola che Eliseo gli disse.

23. E levossi di quello luogo Eliseo, e andò in Betel; e andando per la via, alcuni fanciulli piccoli uscirono della città, e faceano beffe di lui, dicendo: ascendi calvo, ascendi calvo.

24. Il quale, quando egli gli vidde, gli maledisse nel nome di Dio; e uscirono due orsi del bosco, e ucciseno di loro quarantadue fanciulli.

19. Dixerunt quoque viri civitatis ad Eliseum: Ecce habitatio civitatis hujus optima est, sicut tu ipse, domine, perspicis: sed aquæ pessimæ sunt, et terra sterilis.

20. At ille ait: Afferte mihi vas novum, et mittite in illud sal. Quod cum attulissent,

21. egressus ad fontem aquarum misit in illum sal, et ait: Hæc dicit Dominus: Sanavi aquas has, et non erit ultra in eis mors, neque sterilitas.

22. Sanatæ sunt ergo aquæ usque in diem hanc, juxta verbum Elisei, quod locutus est.

23. Ascendit autem inde in Bethel; cumque ascenderet per viam, pueri parvi egressi sunt de civitate, et illudebant ei, dicentes: Ascende, calve, ascende, calve.

24. Qui, cum respexisset, vidit eos, et maledixit eis in nomine Domini; egressique sunt duo ursi de saltu, et laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.

Digitized by Google

25. E indi se n' andò in monte Carmelo, e indi se n' andò in Samaria.

CAPO III.

1. E Ioram figliuolo di Acab regnò sopra Israel in Samaria nel XVIII anno di Iosafat re di Giuda; e regnò XII anni.

2. E fece male nel cospetto del Signore, ma non sì come il suo padre e la sua madre; però ch' egli tolse le statue di Baal, le quali avea fatte il suo padre.

3. Ma egli s' accostò ai peccati di Ieroboam figliuolo di Nabat, il quale fece peccare Israel; e non si partì da loro.

4. Ma Mesa re di Moab governava molte pecore, e pagava al re d' Israel CM agnelli, e CM di montoni con la loro lana.

25. Abiit autem inde in montem Carmeli, et inde reversus est in Samariam.

CAPUT III.

1. Joram vero, filius Achab, regnavit super Israel in Samaria anno decimo octavo Josaphat regis Judæ. Regnavitque duodecim annis.

2. Et fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus et mater; tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater ejus.

3. Verumtamen in peccatis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis.

4. Porro Mesa, rex Moab, nutriebat pecora multa. et solvebat regi Israel centum millia agnorum, et centum millia arietum cum velleribus suis.

Digitized by Google

5. Ed essendo morto Acab, rompette il patto il quale avea col re d' Israel.

6. E uscì Ioram in quello dì di Samaria, e annumerò tutto Israel.

7. E mandò a Iosafat re di Giuda, dicendo: [Io] re di Moab s' è partito da me; vieni meco alla battaglia contro di Moab. Il quale respuose: io verrò; quello che è mio è tuo, e il popolo mio è popolo tuo, e i cavalli miei sono tuoi.

8. E disse: per quale via anderemo? E quegli respuose: per lo deserto di Idumea.

9. E andarono il re d' Israel, e il re di Giuda, e il re di Edom, e andando circondarono VII dì; e l' oste non avea acqua, nè gli animali ch' erano con esso loro.

10. E disse il re d' Israel: ohimè, ohimè, ohimè, il Signore ha raunati noi tre re, per darne nelle mani di Moab.

11. E Iosafat disse: è egli veruno profeta di Dio, per lo quale noi possiamo pregare Iddio? E

5. Cumque mortuus fuisset Acab, prævaricatus est fœdus, quod habebat cum rege Israel.

6. Egressus est igitur rex Joram in die illa de Samaria, et recensuit universum Israel.

7. Misitque ad Josaphat regem Juda, dicens: Rex Moab recessit a me: veni mecum contra eum ad prœlium. Qui respondit. Ascendam: qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus, et equi mei, equi tui.

8. Dixitque: Per quam viam ascendemus? At ille respondit: Per desertum Idumææ.

9. Perrexerunt igitur rex Israel, et rex Juda, et rex Edom, et circuierunt per viam septem dierum; nec erat aqua exercitui, et jumentis quæ sequebantur eos.

10. Dixitque rex Israel: Heu, heu, heu, congregavit nos Dominus tres reges, ut traderet in manus Moab.

11. Et ait Josaphat: Estne hic propheta Domini, ut deprecemur Dominum per eum?

Digitized by Google

respuose uno de' servi del re d' Israel: ecco qui Eliseo figliuolo di Safat, il quale dava l' acqua alle mani di Elia.

12. E disse Iosafat: è la parola di Dio con lui. (E quegli disse: si è). E andò a lui il re d' Israel, e Iosafat [re di Giuda] e il re d' Edom.

13. E disse Eliseo al re d' Israel: che hai tu a fare meco? vattene a' profeti del tuo padre e della tua madre. E il re d' Israel disse a lui: perchè il Signore ha congregati questi tre re, per dargli nelle mani di Moab?

14. E disse Eliseo: vive il Signore delli eserciti, nel cui cospetto io sto, che se io non mi vergognassi per la presenza di Iosafat, ch' io non t' averia pure nè atteso nè guardato.

15. Ora mi fate venire uno cantatore. E cantando il cantatore, la mano di Dio fu fatta sopra di lui, e disse:

Et respondit unus de servis regis Israel: Est hic Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ.

12. Et ait Josaphat: Est apud eum sermo Domini. Descenditque ad eum rex Israel, et Josaphat rex Juda, et rex Edom.

13. Dixit autem Eliseus ad regem Israel: Quid mihi et tibi est? Vade ad prophetas patris tui, et matris tuæ. Et ait illi rex Israel: Quare congregavit Dominus tres reges hos, ut traderet eos in manus Moab?

14. Dixitque ad eum Eliseus: Vivit Dominus exercituum, in cujus conspectu sto, quod, si non vultum Josaphat regis Judæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem.

15. Nunc autem adducite mihi psaltem. Cumque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, et ait:

Digitized by Google

16. Questo dice il Signore: fate nel letto di questo fiume fosse e fosse.

17. Questo dice il Signore: voi non vederete nè vento nè piova; e questo letto si riempierà d' acqua, e berete voi e le famiglie vostre e gli animali vostri.

18. E questo è poco nel cospetto del Signore; onde anco egli darà Moab nelle vostre mani.

19. E percoterete ogni città (fornita, e ogni città) eletta; e taglierete ogni àrboro fruttifero, e otturerete tutte le fonti dell' acque, e ogni buono campo coprirete di sassi.

20. E fatta la mattina, quando si suole offerire il sacrificio, ecco l' acque veniano per la via di Edom, e fu riempiuta la terra d' acque.

21. E tutti quelli di Moab, udendo che quegli re andavano a combattere contro a loro, chiamarono tutti quegli ch' erano cinti di sopra d' arme, e istettero nella frontiera.

16. Hæc dicit Dominus: Facite alveum torrentis hujus fossas et fossas.

17. Hæc enim dicit Dominus: Non videbitis ventum, neque pluviam: et alveus iste replebitur aquis, et bibetis vos et familiæ vestræ et jumenta vestra.

18. Parumque est hoc in conspectu Domini: insuper tradet etiam Moab in manus vestras.

19. Et percutietis omnem urbem electam, et universum lignum fructiferum succidetis, cunctosque fontes aquarum obturabitis, et omnem agrum egregium operietis lapidibus.

20. Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet, et ecce, aquæ veniebant per viam Edom, et repleta est terra aquis.

21. Universi autem Moabitæ, audientes quod ascendissent reges ut pugnarent adversum eos, convocaverunt omnes qui accincti erant balteo desuper, et steterunt in terminis.

Digitized by Google

22. E la prima mattina levandosi, già levato il sole rincontro all' acque, viddero gli Moabiti l' acque rosse, come sangue.

23. E dissero: questo è sangue d' arme; egli hanno combattuto i re insieme, e hanno tagliato l' uno l' altro; ora, Moab, vattene alla preda.

24. E andaronsene nel campo d' Israel: e Israel si levò, e percosse Moab; ed egli fuggirono dinanzi a loro. E vennero coloro che aveano vinto, e percossero Moab.

25. E disfecero le città; e ciascuno gittando una pietra, riempirono tutti i campi ottimi; e otturarono tutte le fonti dell' acque; e tutti gli arbori fruttiferi tagliarono, sì che solamente remansero le mura ch' erano di terra; e fu circondata la città da quegli che portavano le fronde, e grande parte ne fu disfatta.

26. La quale cosa veggendo il re di Moab, cioè che i nimici aveano vinto, tolse con seco [settecento]

22. Primoque mane surgentes, et orto jam sole ex adverso aquarum, viderunt Moabitæ econtra aquas rubras quasi sanguinem,

23. dixeruntque: Sanguis gladii est: pugnaverunt reges contra se, et cæsi sunt mutuo: nunc perge ad prædam, Moab.

24. Perrexeruntque in castra Israel: porro consurgens Israel, percussit Moab; at illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant, et percusserunt Moab,

25. et civitates destruxerunt, et omnem agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleverunt; et universos fontes aquarum obturaverunt; et omnia ligna fructifera succiderunt, ita ut muri tantum fictiles remanerent; et circumdata est civitas a fundibulariis, et magna ex parte percussa.

26. Quod cum vidisset rex Moab, prævaluisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladium, ut irrumperent ad regem Edom; et non potuerunt.

Digitized by Google

uomini d' arme per percuotere nel campo del re di Edom; e non poterono.

27. Onde tolse il suo figliuolo primogenito, il quale dovea regnare dopo lui, e fecene sacrificio in su le mura. E fu fatta grande indignazione in Israel, e incontanente si partirono da lui, e ritornarono nelle terre loro.

CAPO IIII.

1. E una femina delle mogli de' profeti gridava ad Eliseo, dicendo: il tuo servo mio marito è morto, e tu sai che il tuo servo temeva Dominedio; ed ecco che uno suo creditore sì è venuto per torre due miei figliuoli per suoi servi.

2. Alla quale disse Eliseo: che vogli tu ch' io ti faccia? Dimmi: che hai tu in casa tua? E quella respuose: io serva tua, non hoe in casa nulla, se non uno poco d' olio del quale mi unga.

27. Arripiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum; et facta est indignatio magna in Israel, statimque recesserunt ab eo, et reversi sunt in terram suam.

CAPUT IV.

1. Mulier autem quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens: Servus tuus vir meus mortuus est, et tu nosti, quia servus tuus fuit timens Dominum: et ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi.

2. Cui dixit Eliseus: Quid vis ut faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei, quo ungar.

Digitized by Google

3. Alla quale egli disse: va, addimanda alle serve tue vasa vuote non poche.

4. Ed entra in casa, e serra l' uscio, quando tu e i tuoi figliuoli sarete dentro; e di quello metti in tutte queste vasa; e quando saranno piene, tollo.

5. E andò quella femina, e serrò l' uscio istando dentro ella e i figliuoli; e quegli portavano le vasa, ed ella vi mettè l' olio.

6. Ed essendo piene le vasa, disse al suo figliuolo: dammi ancora uno vaso. E quegli respuose: non v' è vasa più. E ristette l' olio.

7. E quella venne, e significollo all' uomo di Dio. E quegli disse: va, vendi l' olio, e rendi quello che tu dèi al tuo creditore; e dell' altro vivete tu e i tuoi figliuoli.

8. E venuto uno dì, Eliseo passava per una cittade; ed era ivi una grande femina, la quale il tenne a mangiare con lei il pane; *e spesso passando indi, si ristava con lei a mangiare del pane.*

3. Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca.

4. Et ingredere, et claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu et filii tui, et mitte inde in omnia vasa hæc: et cum plena fuerint, tolles.

5. Ivit itaque mulier, et clausit ostium super se et super filios suos; illi offerebant vasa, et illa infundebat.

6. Cumque plana fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo. Stetitque oleum.

7. Venit autem illa, et indicavit homini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, et redde creditori tuo: tu autem, et filii tui vivite de reliquo.

8. Facta est autem quædam dies, et transibat Eliseus per Sunam; erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum ut comederet panem; cumque frequenter inde transiret, divertebat ad eam ut comederet panem.

Digitized by Google

9. La quale disse al suo marito: io considero che questo è uomo di Dio e santo, il quale ispesse volte passa da noi.

10. Onde facciamo una saletta piccola, e pognamvi uno letto e una mensa e una sedia e uno candeliere; e quando verrà a noi, sì starà ivi.

11. E venne uno dì, che egli vegnendo a loro, si riposò ivi.

12. E disse a Giezi suo fante: chiama questa femina Sunamite. La quale chiamata, ed ella istando dinanzi a lui,

13. disse allo fante: dì a lei: ecco che continuamente tu ci hai ministrato in tutte le cose; che vuogli tu ch' io faccia? e hai tu a fare nulla, che sia di bisogno ch' io favelli per te al re, ovvero al principe della milizia? La quale respuose: io abito nel mezzo del mio popolo.

14. E quegli disse: che vuogli ch' io faccia? E Giezi disse: non domandare; ella non ha figliuolo, e il suo marito è antico.

9. Quæ dixit ad virum suum: Animadverto, quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter.

10. Faciamus ergo ei cœnaculum parvum, et ponamus ei in eo lectulum et mensam et sellam et candelabrum, ut, cum venerit ad nos, maneat ibi.

11. Facta est ergo dies quædam, et veniens divertit in cœnaculum, et requievit ibi.

12. Dixitque ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitidem istam. Qui cum vocasset eam, et illa stetisset coram eo,

13. dixit ad puerum suum: Loquere ad eam: Ecce, sedule in omnibus ministrasti nobis, quid vis ut faciam tibi? numquid habes negotium, et vis ut loquar regi, sive principi militiæ? Quæ respondit: In medio populi mei habito.

14. Et ait: Quid ergo vult, ut faciam ei? Dixitque Giezi: Ne quæras: filium enim non habet, et vir ejus senex est.

Digitized by Google

15. E comandò che la chiamasse; la quale chiamata, e istando all' uscio,

16. disse a lei: in questo tempo, e in questa medesima ora, se avrai vita, avrai uno figliuolo nel corpo. Ed ella respuose: signore mio, uomo di Dio, io ti priego che alla tua serva tu non gli dichi le bugie.

17. E concepette la femina, e partorì uno figliuolo, in quello tempo e in quella medesima ora, che avea detto Eliseo.

18. E crebbe il fanciullo; e venuto uno dì, uscito al suo padre a' mietitori,

19. disse al suo padre: duolmi il capo. Ed ello disse al fante: tollo, e portalo alla madre sua.

20. Il quale tolto, portollo alla madre sua. Ella sel puose in sulle ginocchia insino al mezzo dì, e morio.

21. E andò, e puoselo sopra il letto dell' uomo di Dio, e serrò l' uscio. E uscita fuori,

15. Præcepit itaque, ut vocaret eam, quæ cum vocata fuisset, et stetisset ante ostium,

16. dixit ad eam: In tempore isto et in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit: Noli quæso, domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.

17. Et concepit mulier, et peperit filium in tempore et in hora eadem, qua dixerat Eliseus.

18. Crevit autem puer. Et cum esset quædam dies, et egressus isset ad patrem suum ad messores,

19. ait patri suo: Caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, et duc eum ad matrem suam.

20. Qui cum tulisset, et duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem: et mortuus est.

21. Ascendit autem, et collocavit eum super lectulum hominis Dei, et clausit ostium; et egressa

Digitized by Google

22. chiamò il suo marito, e disse: io ti priego, che tu mi mandi uno de' fanti e l' asina, acciò ch' io corra insino all' uomo di Dio, e ritorni (incontanente).

23. E quello disse: per qual cagione vai tu a lui? Oggi non è calende, nè 'l sabbato. Ed ella respuose: androvvi.

24. E sellò l' asina, e disse al fante; mènalami, e non tardare; e fa quello ch' io ti comando.

25. E andossene, e venne all' uomo di Dio nel monte Carmelo; e l' uomo di Dio, veggendola d' incontro, disse a Giezi suo servigiale: ecco quella Sunamite.

26. Vagli incontro e digli: istanno tutte le cose diritte per te e per lo tuo marito [e per lo tuo figliuolo]? La quale respuose: diritte.

27. E venuta ella all' uomo di Dio nel monte, prese i suoi piedi; e Giezi si fece innanzi per levarla. E l' uomo di Dio disse: lasciala stare; però

22. vocavit virum suum, et ait: Mitte mecum, obsecro, unum de pueris, et asinam, ut excurram usque ad hominem Dei, et revertar.

23. Qui ait illi; Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt Calendæ, neque Sabbatum. Quæ respondit: Vadam.

24. Stravitque asinam, et præcepit puero: Mina, et propera, ne mihi moram facias in eundo, et hoc age, quod præcipio tibi.

25. Profecta est igitur, et venit ad virum Dei in montem Carmeli; cumque vidisset eam vir Dei econtra, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa.

26. Vade ergo in occursum ejus, et dic ei: Rectene agitur circa te, et circa virum tuum, et circa filium tuum? Quæ respondit: Recte.

27. Cumque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes ejus, et accessit Giezi, ut amoveret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam; anima enim ejus in amaritudine est, et Dominus celavit a me, et non indicavit mihi.

Digitized by Google

che l' anima sua sì è in amaritudine, e il Signore me l' ha celato e non me l' ha manifestato.

28. La quale disse: domandai io figliuolo al mio signore? non ti dissi: non fare beffe di me?

29. E quegli disse a Giezi: cingi i tuoi lombi, e tuogli nella tua mano il mio bastone, e vanne: se uomo ti scontra, nol salutare; e se alcuno saluterà te, non gli respondere; e porrai il mio bastone sopra il viso del fanciullo.

30. Ma la madre del fanciullo disse: vive il Signore, e vive l' anima mia, ch' io non ti lascerò. Onde egli si levò, e seguitava lei.

31. E Giezi era passato innanzi, e avea posto il bastone sopra il viso del fanciullo, e non avea voce nè sentimento; e ritornò incontro, e significogli, dicendo: il fanciullo non è risuscitato.

32. Ed Eliseo entrò in casa, e giacea il fanciullo morto in sul letto suo.

28. Quæ dixit illi: Numquid petivi filium a domino meo? numquid non dixi tibi: Ne illudas me?

29. Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, et tolle baculum meum in manu tua, et vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: et si salutaverit te quispiam, non respondeas illi: et pones baculum meum super faciem pueri.

30. Porro mater pueri ait: Vivit Dominus, et vivit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, et secutus est eam.

31. Giezi autem præcesserat ante eos, et posuerat baculum super faciem pueri, et non erat vox, neque sensus; reversusque est in occursum ejus, et nuntiavit ei, dicens: Non surrexit puer.

32. Ingressus est ergo Eliseus domum, et ecce puer mortuus jacebat in lectulo ejus;

Digitized by Google

33. Ed entrato dentro, serrò l' uscio, istando egli dentro col fanciullo; e adorò a Dio.

34. E ascese, e posesi sopra il putto; e pose la bocca sua sopra la bocca del putto, e gli occhi sopra gli occhi del fanciullo, e le mani sue sopra le mani del fanciullo, e incurvossi sopra lui; e la carne del fanciullo si riscaldò.

35. Ed egli si levò, e andò una volta per la casa là e qua; e anco ascendeo, e corricossi sopra lui; e isbadigliò il fanciullo sette volte, e aperse gli occhi.

36. E chiamò Giezi, e disse: chiama questa Sunamite. La quale chiamata entrò a lui; ed egli disse a lei: tuogli il tuo figliuolo.

37. E quella venne, e caddegli ai piedi, e adorò sopra la terra; e tolse il suo figliuolo, e uscio fuori.

38. Ed Eliseo si ritornò in Galgala. Ed era in quella città fame, e i figliuoli de' profeti abitavano

33. ingressusque clausit ostium super se et super puerum, et oravit ad Dominum.

34. Et ascendit, et incubuit super puerum, posuitque os suum super os ejus, et oculos super oculos ejus, et manus suas super manus ejus, et incurvavit se super eum; et calefacta est caro pueri.

35. At ille reversus deambulavit in domo semel huc atque illuc, et ascendit, et incubuit super eum; et oscitavit puer septies, aperuitque oculos.

36. At ille vocavit Giezi, et dixit ei: Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum.

37. Venit illa, et corruit ad pedes ejus, et adoravit super terram, tulitque filium suum, et egressa est;

38. et Eliseus reversus est in Galgala. Erat autem fames in terra, et filii prophetarum habitabant coram eo; dixitque uni de pueris suis: Pone ollam grandem, et coque pulmentum filiis prophetarum.

Digitized by Google

nel suo cospetto; e disse ad uno de' suoi servitori: poni una grande pentola, e cuoci alcuna vivanda per li figliuoli de' profeti.

39. E uno uscito nel campo per cogliere erbe selvatiche, trovossi quasi come una vite selvatica; e colse di quella colloquintide campestri, ed empiessene il mantello, e tornato misele nella pentola; però che non sapea quello che fosse.

40. E puoseno quella vivanda dinanzi alli compagni, acciò che mangiassero: e assaggiando egli di quello cotto, gridarono: o uomo di Dio, la morte è nella pentola. E non poterono mangiare.

41. Ed Eliseo disse: recatemi della farina. E avendola portata, misela nella pentola, e disse: danne a questa gente, che mangi. E non fu nulla d' amaritudine nella pentola.

42. E uno uomo venne di Baalsalisa, e portava all' uomo di Dio pani delle primizie, e venti pani d' orzo, e grano nuovo nella sua saccuccia. Ed egli disse: dàllo a questo popolo, che mangi.

39. Et egressus est unus in agrum, ut colligeret herbas agrestes, invenitque quasi vitem silvestrem, et collegit ex ea colocynthidas agri, et implevit pallium suum, et reversus concidit in ollam pulmenti; nesciebat enim, quid esset.

40. Infuderunt ergo sociis, ut comederent; cumque gustassent de coctione, clamaverunt, dicentes: Mors in olla, vir Dei. Et non potuerunt comedere.

41. At ille: Afferte, inquit, farinam. Cumque tulissent, misit in ollam, et ait: Infunde turbæ, ut comedant. Et non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla.

42. Vir autem quidam venit de Baalsalisa, deferens viro Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos et frumentum novum in pera sua. At ille dixit: Da populo, ut comedat.

Digitized by Google

43. E respuose a lui il suo ministro: e quanto è questo, ch' io il ponga innanzi a cento uomini? E quegli disse anche: [dà] al popolo di che mangi, però che questo dice il Signore: e' mangeranno, e avanzerà loro.

44. Onde che quegli puose loro innanzi: [e mangiarono], e avanzonne loro secondo la parola di Dio.

CAPO V.

1. Naaman, principe della milizia del re di Siria, era grande uomo appo il suo signore, ed era onorato; però che per lui il Signore avea data salute al re di Siria; ed era forte e ricco, ma era leproso.

2. E di Siria erano usciti ladroncelli, e aveano menato in pregione della terra d' Israel una fanciulla piccola, la quale era al servigio della moglie di Naaman.

43. Respondítque ei minister ejus: Quantum est hoc, ut apponam centum viris? Rursum ille ait: Da populo, ut comedat, hæc enim dicit Dominus: Comedent, et supererit.

44. Posuit itaque coram eis, qui comederunt; et superfuit juxta verbum Domini.

CAPUT V.

1. Naaman, princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, et honoratus, per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ; erat autem vir fortis et dives, sed leprosus.

2. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, et captivam duxerant de terra Israel puellam parvulam, quæ erat in obsequio uxoris Naaman;

Digitized by Google

3. La quale disse alla donna sua: volesse Iddio, che il mio signore fosse col profeta il quale è in Samaria; veramente egli lo avrebbe curato dalla lepra, la qual' egli ha.

4. Ed entrando lui [Naaman] al signore suo, dissegli e nunciogli: così e così ha detto una fanciulla della terra d' Israel.

5. E disse il re di Siria: va, e io manderò lettere al re d' Israel. Il quale partitosi, e portato seco dieci talenti d' ariento, e seimilia denari d' oro, e X robbe,

6. portò lettere al re d' Israel in queste parole: quando tu riceverai questa lettera, sappi ch' io mando a te Naaman mio servo, perchè tu il curi della sua lepra.

7. E letta la lettera, [il re d' Israel] squarciò le sue vestimenta, e disse: sono io Iddio, ch' io possa uccidere e vivificare, che costui ha mandato a me,

3. quæ ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria: profecto curasset eum a lepra, quam habet.

4. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, et nuntiavit ei, dicens: Sic et sic locuta est puella de terra Israel.

5. Dixitque ei rex Syriæ: Vade, et mittam litteras ad regem Israel. Qui, cum profectus esset, et tulisset secum decem talenta argenti et sex millia aureos et decem mutatoria vestimentorum,

6. detulit litteras ad regem Israel, in hæc verba: Cum acceperis epistolam hanc, scito quod miserim ad te Naaman servum meum, ut cures eum a lepra sua.

7. Cumque legisset rex Israel litteras, scidit vestimenta sua, et ait: Numquid Deus ego sum, ut occidere possim, et vivificare, quia iste misit ad me, ut curem hominem a lepra sua? animadvertite, et videte, quod occasiones quærat adversum me.

Digitized by Google

ch' io curi uno uomo della sua lepra? attendete e vedete ch' egli va cercando cagione contro a me.

8. La quale cosa udita Eliseo, uomo di Dio, cioè che il re d' Israel avea squarciate le vestimenta sue, mandogli dicendo: perchè hai tu squarciate le vestimenta tue? vegna a me, e sappia ch' egli è profeta in Israel.

9. Onde venne Naaman con carri e con cavalli, e istette dinanzi all' uscio della casa di Eliseo.

10. Ed Eliseo gli mandò dicendo: va, e làvati sette volte nel Giordano, e la tua carne riceverà sanità, e sarai mondato.

11. Irato Naaman partivasi, dicendo: io pensava ch' egli uscisse a me, e stando invocasse il nome del suo Signore Iddio (sopra di me), e con la sua mano toccasse il luogo della lepra, e che mi curasse.

12. Non sono egli migliori Abana e Farfar fiumi di Damasco, che tutte l' acque d' Israel, ch' io mi lavi in quelle, e diventi mondo? Ed essendo volto con indegnazione,

8. Quod cum audisset Eliseus, vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, et sciat esse prophetam in Israel.

9. Venit ergo Naaman cum equis et curribus, et stetit ad ostium domus Elisei;

10. misitque ad eum Eliseus nuntium, dicens: Vade et lavare septies in Jordane, et recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.

11. Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam, quod egrederetur ad me, et stans invocaret nomen Domini Dei sui, et tangeret manu sua locum lepræ, et curaret me.

12. Numquid non meliores sunt Abana et Pharphar, fluvii Damasci, omnibus aquis Israel, ut laver in eis, et munder? Cum ergo vertisset se, et abiret indignans,

Digitized by Google

13. andàronsene a lui i servi suoi, e dissero a lui: padre, se il profeta t' avesse detto uno grande fatto, certo tu il dovresti fare; quanto maggiormente che t' ha detto ora: làvati, e sarai mondato?

14. Onde che egli discese, e lavossi nel Giordano sette volte, secondo la parola che gli avea detta l' uomo di Dio; e ritornò la sua carne sì come d' uno piccolo fanciullo, e fu mondato (dalla lepra).

15. E tornò all' uomo di Dio, e con tutta la sua compagnia venne e istette dinanzi a lui, e disse: veramente so che non è altro Iddio in tutta la terra, salvo in Israel; or ti priego, che tu tolghi la benedizione del tuo servo.

16. Ed egli respuose: vive il Signore nel cui cospetto io sto, che non torrò nulla. E facendogli forza, per niun modo consentì.

17. E Naaman disse: sia come tu vogli, ma io tuo servo ti prego, che mi concedi ch' io tolga il

13. accesserunt ad eum servi sui, et locuti sunt ei: Pater, et si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi: Lavare et mundaberis?

14. Descendit, et lavit in Jordane septies juxta sermonem viri Dei; et restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli, et mundatus est.

15. Reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo venit, et stetit coram eo, et ait: Vere scio, quod non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israel. Obsecro itaque, ut accipias benedictionem a servo tuo.

16. At ille respondit: Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquievit.

17. Dixitque Naaman: Ut vis, sed, obsecro, concede mihi servo tuo, ut tollam onus duorum burdonum de terra: non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino.

Digitized by Google

carico di due muli di questa terra; però che il tuo servo di quinci innanzi non farà sacrificio ad altro Iddio, se non al Signore.

18. Questo solo ci è, che tu prieghi Iddio per lo tuo servo; quando il signore mio entra nel tempio di Remmon per adorare, ed egli riposando nelle mie mani, se io adorerò nel tempio di Remmon, adorando lui in quello medesimo luogo, acciò che il Signore perdoni a me per questa cosa.

19. Il quale disse a lui: va in pace. E partissi da lui, eletto il tempo della terra.

20. E Giezi servigiale dell' uomo di Dio disse: il mio signore ha perdonato a questo Naaman Siro, non togliendo quelle cose ch' egli recò; vive il Signore, ch' io correrò dopo lui, e torrò alcuna cosa da lui.

21. E andò Giezi dopo Naaman; il quale veggendo correre dopo sè, discese dal carro, e vennegli ricontro, e disse: sono tutte le cose diritte?

18. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo: quando ingredietur dominus meus templum Remmon, ut adoret, et illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re.

19. Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab eo, electo terræ tempore.

20. Dixitque Giezi puer viri Dei: Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quæ attulit: vivit Dominus, quia curram post eum, et accipiam ab eo aliquid.

21. Et secutus est Giezi post tergum Naaman; quem cum vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum ejus, et ait: Rectene sunt omnia?

Digitized by Google

22. E quegli respuose: tutte le cose sono diritte; e il mio signore mi manda, e dice: ora sono venuti a me due giovani, figliuoli di profeti, del monte d' Efraim, manda loro uno talento d' ariento, e doppie vestimenta da mutare.

23. E disse Naaman: meglio è che tu togli due talenti (d' ariento). E sforzollo, e legò due talenti d' ariento in due sacca, e doppie vestimenta, e puosele su due suoi fanti; e quegli li portavano dinanzi a lui.

24. E venuto egli già a ora di vespero, tolse queste cose, e ripuosele in casa; e lasciò quegli uomini, e andàronsene.

25. Ed egli entrando istette dinanzi al suo signore. E disse Eliseo: onde vieni tu, Giezi? Ed egli respuose: il servo tuo non è stato in luoco alcuno.

26. E lui disse: non era il cor mio presente, quando tornò Naaman del carro contra a te? E tu togliesti l' ariento e le vestimenta, a ciò che comperi vigne e uliveti [e pecore] e buoi e servi e serve.

22. Et ille ait: Recte, dominus meus misit me ad te, dicens: Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim ex filiis prophetarum: da eis talentum argenti et vestes mutatorias duplices.

23. Dixitque Naaman: Melius est, ut accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, et duplicia vestimenta, et imposuit duobus pueris suis, qui et portaverunt coram eo.

24. Cumque venisset jam vesperi, tulit de manu eorum, et reposuit in domo, dimisitque viros, et abierunt;

25. ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus: Unde venis, Giezi? Qui respondit: Non ivit servus tuus quoquam.

26. At ille ait: Nonne cor meum in præsenti erat, quando

Digitized by Google

27. Ma la lepra di Naaman sarà in te, e nel tuo seme in sempiterno. E uscì da lui leproso e bianco come neve.

CAPO VI.

1. E i figliuoli de' profeti dissero a Eliseo: ecco il luogo, nel quale noi abitiamo nel tuo cospetto, è stretto a noi.

